implicat contradictionem poſſe remoueri ab eo: ſed
naturale eſt cuilibet termino ſignificanti naturalr ſic
ſignificare / naturaliter. ſ. igitur implicat hoc remoue-
ri ab eo / ſed quod contradictionẽ implicat nõ cadit ſub
aliqua voluntate: igitur.

¶ **Ad hanc queſtionem reſpondetur / pre-**
mittendo duo.

¶ Primum eſt / ꝙ aliquid eſſe volitum ex neceſſitate
poteſt intelligi dupl̃r. Uno modo ex neceſſitate abſolu
ta. Alio modo ex neceſſitate ſuppoſitionis. Primum
accidit / quando talr aliquid eſt volitum ꝙ eius oppo
ſitũ nõ poteſt eſſe volitum. Scđm repit qñ ad vnũ vo
litũ ↄſequit alterius volitio: vt ſi volo ãbulare ꝑ aquã
volo madefieri.

¶ Secundum eſt / ꝙ deus nullam creaturam nec ali-
quid creatum vult eſſe ex neceſſitate abſoluta: ſed bñe
ſeipſum / ſuam bonitatem ⁊ ſapientiam. Ex neceſſitate
autem ſuppoſitionis multa vult. Nam ſi vult homi-
nes eſſe vult eos habere animas: ⁊ ſi vult celos eẽ vult
eos eſſe talis vel talis nature. Tunc dicit ꝙ ſignifica-
tio naturalis dependet a voluntate diuina: eo ꝙ non
põt res ſignificare naturalr niſi ſit / nec põt eẽ niſi deꝰ
velit eam eſſe: tamẽ ſuppoſito res eſſe vt nunc ſunt / ex
neceſſitate ſuppoſitiõis deus vult rem naturalr ſigni
ficare: ⁊ ſi non actualr: bene tamen in potentia propin
qua: ita quod nõ ſtat talem rem eſſe: quin propinque
poſſit naturalr ſignificare. Non ſic autem eſt in re ſi-
gnificãte ad placitum. Nã re exñti / põt ipſamet iponi
⁊ deponi de nouo ad ſignificandum.

¶ Inſuper ẽ alia differẽtia / videlicet ꝙ res potens ſi
gnificare ad placitum ex ſe ipſa indifferens eſt ad ſi-
gnificandum hoc vel illud / prout voluntati impoſi-
toris placuerit: Sed res potens naturalr ſignificare ẽ
determinata ad aliquid / vel aliquot ſignãda.

¶ **Reſpõdẽdo igitur ad. q. dicitur / ꝙ loquẽ**
do de voluntate creata diffinitio ſignificatiõis natura
lis intelligit ſic / ꝙ a nulla tali dependet neceſſario quo
ad hoc ꝙ talis ſignificatio nõ oriat a re ſignificãte / ſeu
quod non repit in ea ex voluntate creata. Loquendo
autem de voluntate diuina / nõ poteſt dici ꝙ ab ea non
dependeat / ſed dicit quod dependet differẽter. Nam
etiã ſignatio ad placitum ab eadem dependet: ſed ſic
ꝙ deus vult inter rem ad placitum ſignificãtem ⁊ ſuã
ſignificationem impoſitionem creatam interuenire /
nõ autem in ſignificatione naturali. ¶ Et ſi dicas con
tra / quia deus ſe ſolo poteſt imponere vnam vocẽ ad
ſignificãdum: ⁊ tunc totaliter dependebit a diuina vo-
luntate. ¶ Reſpondet verum eſſe ſed differenter. Tũ
quia res illa ex ſe indifferenter poterat imponi a deo
ad ſignificandum illud vel aliud: nõ ſic autem eſt in ſi-
gnificatione naturali: vt dictum eſt. Tum quia proxi-
ma radix ſignificationis naturalis eſt in re: et eſt ſi-
bi cõnaturalis. Non ſic autem eſt in alia ſignatiõe.

¶ **Ad argumentum in oppoſitum dicitur**
duo. Primum / verum eẽ ea que ſunt naturalia non
poſſe remoueri ab eo in quo ſunt: ipſo permanente / ſi
ſint de eſſentia illius: ⁊ ſecũdum aliquos thomiſtas ẽt
ſi ſit propria paſſio eiꝰ. Non autem hoc eſt verũ ſi ſunt
naturalia accidentalia. Secũdum eſt / ꝙ ſignificatio na
turalis actualis non eſt de eſſentia alicuius creature
quia poteſt impediri a deo. Potentia vero propin-
qua talis ſignificationis: vel ꝙ natura rei non ſit ra
dix talis ſignificationis videtur implicare contradi-
ctionem a re poſſe remoueri. Et per hoc pꝫ ſolutio ad
argumentum.

¶ **Circa id quod dictum eſt in prima parte**

ꝙ ly ego/⁊ ly tu/⁊ ille ⁊cet. nõ habere ſignificationem
abſolutam ſed depẽdẽtem/oportet aduertere ꝙ illa de
pẽdẽtia nõ eſt ſimilis depẽdẽtie que reperitur in rela-
tiuis: de qua dictum fuit in eorum tractatu. Sed dicit
depẽdẽs: eo ꝙ ly ego nihil ſignat de ſe: ſed ſola ꝓlatio
facit ꝙ ſignificet loquẽtem. Vñ eius prolatio eſt que-
dam impoſitio ad ſignificãdum. Unde primus impo-
ſitor nõ voluit ly ego ſignare aliquid de ſe: ſed voluit
ſignare ſi aliquis aſſumeret illam vocem/loco ſui no-
minis proprij/⁊ ob hoc quicũꝙ hoc facit/nõ propria
autoritate facit. Et loquor de li ego quãdo ſic ſumitur
loco nominis proprij: ⁊ nõ quãdo materialr̃ ſtat. Pro
portionabiliter dicatur de ly tu. ſ. ꝙ ſignat illum cum
quo loquimur: ⁊ de ſe nil ſignat. Vñ depẽdet eius ſigni
ficatio a ꝓferẽte ly tu ⁊ loquẽte cum aliquo: nam ſi cũ
nullo loqueretur nil ſignat. Et ſi dicis ꝙ ſignat: dic tu
que entitas eſt illa quam ſignificat: cuius ſimilitudo
ſit in mẽte tua? Eodem modo dicat̃ de ly ille qñ nõ te-
netur relatiue. Quãdo vero tenet̃ relatiue hẽt etiam
depẽdẽtem ſignationem/ſed differẽter (vt dictum eſt)
⁊ differẽtia ẽ. Nã relatiua ſignatio depẽdet ab alio t̃rõ
qui ẽ añs/ly vero ille/⁊ ly tu/⁊ ly ego/non ſed a re de-
mõſtrata/vel a loquẽte: vel ab eo cui loquimur. Et ſi di
cas, eẽ difficile intellectu ꝓferri ad minus ly ego abſꝙ
eo ꝙ ſignẽt: vt pꝫ experiẽtia. Ad hoc dicit̃ hoc accide-
re: eo ꝙ ꝓferẽs ſemper accipit ly ego ꝓ ſeipſo. Sed ſi
nõ accipiat ꝓ ſe: ⁊ ꝑ ſe: ⁊ ꝑſpiciat qualiter põt ſignare
quemlibet ꝓferẽtem illud nõ communiter ſed diſcre-
te/videbit illud non eſſe difficile. De ſignificatione au-
tem dependenti relatiuorum: dictum eſt ſatis in eo-
rum tractatu.

### Queſtio. 9.

Circa terminum connotatiuum que-
ritur/an ly homo ſit terminus cõnotatiuus?
Et probatur ꝙ ſic. Nam materiale illiꝰ termi-
ni homo quoad eius partem poteſt intelligi abſꝙ itel
lectu humanitatis que ẽ forma ſignificata per illũ ter
minum: ⁊ hoc ſufficit: vt pꝫ ꝑ documẽtum poſitum in
prima parte: igit̃. Probatur añs: nam ſortes ⁊ qđuis
aliud ſingulare ſpeciei humane eſt materiale illius ter
mini: ⁊ tale ſingulare in quãtũ ẽ ſubſtãtia põt intelligi
abſꝙ humanitate: igit̃ hr̃ intentum.

### Pro huius queſtionis ſolutione ſciendum.

¶ Primo ꝙ duplex ẽ ſignificatum materiale termini
Vnũ ẽ materiale termini cõcreti abſoluti: Et aliũ ter-
mini cõcreti conotatiui: ⁊ differũt penes hoc/ꝙ mate-
riale termini cõcreti abſoluti ſignatur directe ꝑ t̃rm:
vt ly homo licet materialr̃ ſignẽt ſortem vel platonem
tamẽ directe ſignat eos. Materiale vero t̃ri cõcreti co
notatiui ſignatur indirecte per eum: vt res q̃ ẽ alba in
directe ſignatur per ly album.

¶ Sciẽdum ſecũdo concretum eſſe duplex. ſ. conota-
tiuum ⁊ abſolutum. Exemplum primi/ly album. Se-
cũdi/ly homo. Item conotatiuorum aliud accidenta-
le vt ly album: aliud ſubſtãtiale: vt ly animatum. Hec
tria in aliquo cõueniũt ⁊ in aliquo differũt. Cõueniũt
in hoc ꝙ ꝓpoſitiões in quibus ponũtur vbi tenet̃ per
ſonalr̃ verificat̃ pro ſuis ſignificatis materialibꝰ. Dif-
ferunt tamẽ in ſignificãdo ſua ſignificata materialia/
eo ꝙ omne concretum conotatium ſupponit pro ſuo ſi
gnificato materiali: tãquam ab eo indirecte ſignifica-
to: ſed concretum abſolutum ſupponit ꝓ ſuo materia
li/tãquam ab eo directe ſignificato. Dicitur autem ſi-
gnificatum directe illud ad quod ſignificãdum termi
nus eſt impoſitus: tãquam exiſtens determinatum in
aliquo genere/vel ſpecie: vt ly homo. Nam ly homo ẽ
impoſitus ad ſignificãdum indiuidua hominis lꝫ cõfu
ſe. Indirecte autem ſignificatum ẽ illud quod a termi
no ſignatur: eo ſolum ꝙ forma ſignificata ꝑ talem ter
minum reꝑit̃ in illo: nõ tamẽ determinate terminꝰ im-
poſitꝰ ẽ ad illud ſignificãdum: vt ly humanus. a. um.
Ambo enim termini. ſ. ly homo ⁊ ly humanus ſignifi
cãt rem habẽtem humanitatem: differẽter tamẽ. Nam
ly humanus: a. um. habet ꝓ ſignificato materiali pro
prie rẽ habẽtẽ humanitatem quecũꝙ ſit illa res: ſiue
ſit in ſpecie humana: ſiue in alia ſpecie vel genere/ly
autem homo nõ ſic: ſed ſignificat rem exiſtẽtem in ſpe
cie humana: cui adeſt humanitas/⁊ hoc ex vi impo-
ſitionis nominis. Manifeſtat̃ hoc clarius in iſto ter-
mino deus/⁊ diuinus: quorum vterꝙ licet ſignẽt ha-
bẽs diuinitatem: nõ tamẽ dicimus/anima chriſti ẽ deꝰ
cum vere dicamus/anima chriſti ẽ diuina. Ratio enim
eſt: quia ly deus directe importat ſuppoſitum diuinũ
in natura diuina exiſtẽs tãquam eius ſuppoſitum: ly
diuinus nõ/ſed habens diuinitatem quouis mõ poſ-
ſet dici eam habere/vel ꝑ vnionem: vel ꝑ ꝑticipatio-
nem: Et videat̃ ꝓphis. D. S: in diſputatis. q. de vniõe
verbi: ar. 3. ad quintum. Vñ elici poteſt ſignatum ma-
teriale termini conotatiui debere explicari ꝑ trãſcen-
dẽs: vt res habẽs albedinem ẽ ſignatum de ly album:
⁊ ly habẽs humanitatem de ly humanus. Sed ſigna-
tum materiale illius termini homo/ꝑ ſingularia cõfu
ſe debet explicari. ſ. ſortes vel plato. ꝗ. aliqđ huiuſmodi

¶ Dicitur ergo ꝙ dicta in prima ꝑte paruorum ſic
ſunt intelligẽda: ꝙ quãdo ſignificatum materiale indi
recte ſignificatum poteſt intelligi ſine formali eo mo-
do quo dictum eſt/tũc talis terminus eſt conotatiuꝰ/
alioqñ nõ oportet. Et per hoc pꝫ ſolutio ad argumen-
tum. Nam lꝫ ly ſortes in quãtum aial poſſet intelligi
nõ intellecta humanitate/deeſt tamẽ illi termino ho-
mo ꝙ ſortes nõ ſignificat̃ per illum indirecte ſed dire
te. Videat̃ etiam. D. S. 3. ſen. d. 6. q. 1. ar. 3. Et de poten
tia. q. 9. ar. 4. ad primũ ⁊ ſcđm. Et eadẽ ꝑte. q. 13. ⁊. 5. me
taphi. lec. 7. §. 3.

### Queſtio. 10.

Similiter queritur/an ly chimera ſit
termnius conotatiuus. Et vr̃ ꝙ non.
¶ Primo nõ eſt terminus ſignificatiuus/er
go nec conotatiuus. Cõſequentia tenet a ſuperiori ad
ſuum inferiꝰ negatiue ⁊ cum diſtributiõe. Antecedẽs
vero ꝓbat̃: ly chimera ſi ſignat nõ ſignat niſi quoddã
impoſſibile: ſed impoſſibile nihil ẽ/ꝗ nihil ſignat.

¶ Secũdo/ſi chimera ſignificaret chimeram/chime-
ra eẽt ſignificabilis. Cõſequẽs ẽ falſum/igitur ⁊ añs:
cõſequetia eſt nota: ⁊ cõſequẽtis falſitas ꝓbat̃: chime
ra eſt ſignificabilis: ergo chimera eſt itelligibilis: ꝯñs
ẽ falſum: ꝗ ⁊ añs: ꝯña tenet/q2 intellectus fuit qui im-
poſuit illum terminum ad ſignificãdum ergo intelle-
xit id ad qđ ſignificandum imponebat: ſed impoſuit
ad ſignãdũ chimerã ꝑ te: igit̃ ſi ſignat chimerã/ꝗ chi
mera ẽ intelligibilis. Falſitas cõſequẽtis ꝓbat̃: ſi chi-
mera eſt intelligibilis: de chimera poſſumus formare
verbum: cõſequẽs eſt falſum: ergo ⁊ añs. Cõſequentia
eſt nota: ſed cõſequẽtis falſitas pꝫ: ſi poſſumus de chi
mera formare verbum: ergo deꝰ poteſt producere chi
meram: ꝯñs ẽ falſum/ergo ⁊ añs. Falſitas cõſequẽtis
pꝫ: quia ſi deus poteſt producere chimeram/chimera
erit poſſibilis: quod eſt cõtra ipſius nominis ſignifica
tionem. Conſequentia vero tenet per illud luce primo:
Nõ erit impoſſibile apud deum omne verbum/cuius

ſenſus ſecundum doctorem. S. prima. p. queſtiõe. 25. articulo. 3. ẽ/ deus põt facere omne illud de quo homo poteſt formare verbum.

Sed contra/ ille terminus ſignificat quodlibet ens mũdi conotãs illõ eẽ cõpoſitũ ex his q̃ nõ valent componi: igit̃ eſt t̃ſ conotatiuus.

¶ Pro huius queſtionis enodatione/ tria ſunt abſoluẽda. Primum: quid ſit illud quod ſignat ly chimera cuius meminit lucianus in dialogo de nichromẽtia/ ꝛ virgilius ꝛ alij cõplures. ¶ Secũdum/ an illud ſignet abſolute vel conotatiue. ¶ Tertiũ/ an illud ſit intelligibile.

¶ Pro primo ꝛ ſecũdo ſciendum/ communiter dicit ly chimera ſignificare quẽdam lycie montem in quo diuerſe ſpecies animalium reperiuntur. Indeq; quoſdam finxiſſe vnum animal compoſitum ex diuerſis p̃tibus diuerſorum animalium: vt ẽ illud animal de q̃ fabulantur ſarraceni in ſuo alchorano. Dicunt enim deum miſiſſe per manum archãgeli gabrielis animal quoddam compoſitum ex ꝙplurimis rebus diuerſis: Habebat enim (vt ipſi fabulantur) faciem equi/ os lupi/ oculos hominis/ aures canis/ ꝛc. Et ſub hac vel cõſimili ſignificatione accipitur ly chimera a logicis volẽtibus ipſum habere ſignificatum/ pro quo li chimera nullatenus valeat ſupponere: niſi mediante copula de imaginario: Unde diffinitur ab aliquibus ſic. Chimera eſt ens ꝯpoſitũ ex impoſſibilib' poſſe ꝯponi ¶ Uoluntq; aliqui tale nõen eẽ conotatiuũ: dicẽtes talenomẽ ſignificare de materiali ens/ ꝛ de conotato illud eẽ compoſitum ex his q̃ nõ pñt componi. Sed ex data diffinitione nõ ſequitur talem terminũ eẽ conotatiuum. Immo põt teneri ꝛ meli' eẽ terminum abſolutum ſignãtem ex equo totum hoc/ ens compoſitum ex his q̃ non poſſunt componi. Et ex his patet ſolutio ad duo prima.

¶ Pro tertio ẽ ſciẽdum aliquid poſſe intelligi dupliciter. Uno modo per propriam ſimilitudinẽ. Alio modo per ſimilitudinem alterius. Primum pꝫ in ly homo: ſignificat enim rem cuius ſimilitudine poteſt intellectus informari. Secundum pꝫ in ly cecus/ non enim eſt aliqua ſimilitudo cecitatis qua informari poſſit intellectus. Unde põt dici duplicem eẽ cognitionẽ ſeu intellectionem. Quandam poſitiuam/ ꝛ quandam abnegatiuam. Poſitiua erit quãdo res cognoſcitur p̃ eius ꝓpriam ſimilitudinem repoſitam in potentia cognitiua. Abnegatiua vero quãdo dicimur cognoſcere rem quia cognoſcimus nos nõ habere ſimilitudinẽ rei ſibi oppoſite/ vel ſi habemus ſui oppoſiti ſimilitunem/ apponimus (vt ita loquar) quandam negationẽ. Primum accidit/ quãdo nos ingredimur aulam obſcuram ꝛ cognoſcimus tenebras: eo ꝙ pſpicimus oculos nr̃os non informari ſpẽ lucis. An aũt tenebre poſſint ꝓprie ſentiri/ non ẽ preſentis inſtituti determinare. Secũdum cõtingit iſto modo: habeo conceptũ hominis ꝛ cognoſco actum negationis. Et tũc dicẽdo intellectual̃r nõ homo/ dicoꝛ me intelligere non hominẽ quod ẽ intelligere hominem abnegatiue. Simil̃r hẽo cõceptũ entis p̃ſis: ꝛ ſcito actu negãdi: dico nõ p̃ſe vel impſe. Et tũc dicoꝛ me intelligere impſe abnegatiue/ Et ſic dici põt de ſimilibus. Unde beatus anſelmus dixit in li. de caſu dia. c. 21. ꝙꝗ intelligit nõ ens/ nõ intelligit conſtituẽdo ſed dſtruẽdo. Tũc dicit̃ chimerã ꝛ oẽ aliud implicãs cõtradictionem poſſe intelligi abnegatiue. ſ. p̃ abnegationem rerum poſſibilium intellectarum: ꝛ iſtorum intellectorum abnegatiue nõ poſſum' formare verbum: ſed per verbum rerum affirmatar̃ ſi vel in earum verbo (vt ꝓprius loquar) intelligitur.

¶ Sed contra hoc inſurgit dubium ex. D. S. in primo. d. 2. articu. 3. dicẽte/ quedam entia eẽ que non hñt fundamẽtum in re/ ſicut ẽ conceptio chimere. ¶ Ad hoc dicendum/ ꝙ conceptio ibi nõ ſumitur pro verbo ſ. p ſpecie intelligibili exiſtẽte in intellectu/ ſed p ſimilitudine quadã exiſtẽte in imaginatione. Nam cũ imaginatio nõ trãſcendat corpora/ bene quidẽ põt hõ imaginari aliquod animal hñs p̃tim figuram equi ꝛ p̃tim figuram ſuis/ vel aliquid huiuſmodi. Non enim ẽ impſe aliquod animal creari adeo hñs diuerſorum animalium figuras: quia illa diuerſitas erit accidentalis quod non implicat contradictionem reperiri i vna natura. Conceptio vero intellectus ẽ ſimilitudo eẽntie ꝛ nature: ac proinde nõ põt formare ſimilitudinẽ vni' rei: q̃ ſit ſimul diuerſe nature eẽntial̃r: ita vt ſit homo/ ꝛ leo ſimul/ vel leo ꝛ lapis. Nam hoc implicat cõtradictionem ꝛ omne hoc implicans hẽt ſimul rationẽ entis ꝛ non entis: ac ꝓinde non ẽ intelligibile nec factibile: Et hec ratio. ſ. entis ꝛ nõ entis ſimul includitur formaliter vel virtual̃r in omni impoſſibili ex habitudine terminorum. Pro quo videatur. D. S. p̃mo ſen. d. 42. q. 2. arti. 2.

¶ Iſtis habitis/ ad argumentum primum negatur añs: ꝛ ad eius ꝓbationem negat̃ ſeq̃la. Arguitur enim a nõ amplo ad amplum negatiue ex parte de ly ens incluſum in ly nihil. Nam quãdo dicitur impſe nihil ẽ li ens ſibi incluſum ſtat ſolũ p ente eẽñte Sed qñ in ꝯñte dicim' ergo nihil ſignat ãpliatur vſq; ad imaginabilia.

¶ Ad ſecũdum cõceditur prima ꝯña: ꝛ ad ſecundam diſtinguit̃ ꝙ chimera ſit intelligibilis vel poſitiue ꝛ p̃ ꝓpriam ſpeciem ꝛ ſic negat̃: vel abnegatiue ꝛ p̃ rerum poſſibilium ſimilitudines ꝛ ſic cõceditur. Et negat̃ vlterioꝛ ꝯña/ ergo de chimera poſſumus formare verbum: Et ſic nõ ſequit̃ deum poſſe ꝓducere vel formare chimeram/ ſimil̃r nõ põt fieri ꝙ homo ſit equus/ lꝫ poſſumus formare hanc mẽtalem/ homo ẽ equus/ nec ex hac formatione ſequitur nos poſſe intelligere hominem eſſe equum poſitiue. Nam tunc requireretur poſſe dari ſimilitudinem quandam repreſentantẽ vnã entitatem que ſimul eẽt homo ꝛ equus eẽntialiter in qua eẽnt due eẽntie. ſ. humanitas ꝛ equinitas: quod ẽ impſe. Nec loquor nunc in caſu ꝙ chriſtus aſſumeret equinitatem/ nam tũc iſta eẽt vera/ homo ẽ equus/ lꝫ non rõne nature ſed ratione ſuppoſiti. Dicimus autẽ nos intelligere illam propoſitionẽ/ homo ẽ equus: qꝛ intelligimus quid ſit homo ꝛ quid equus ꝛ actũ quẽ habet ly ẽ: non tñ intelligim' ſicut hãc/ homo ẽ aĩal/ vt ex dictis patet.

¶ In argumento incontra tangitur hoc dubium. An ſcilicet ly chimera ſignificet quodlibet ens mundi?

¶ Ad hoc multi reſpondẽt affirmatiue/ ꝛ ratio eorũ ẽ. Quilibet terminus ſignificat tãtũ ſicut ſua diffinitio quid nominis/ ſed ſua diffinitio quid nominis ſignificat omne ens/ igit̃ ꝛ ly chimera. Quod ſua diffinitio quid nominis ſignet omne ens pꝫ/ quia in ea ponitur ly ens quãdo dicit̃/ chimera ẽ ens compoſitũ. ꝛc. ſed ly ens ſignat omne ens/ ergo diffinitio chimere ſignificat illud. Conſequentia tenet/ quia quicquid ſignificatur p̃ partem ſignatur p̃ totũ. Sed ſi iſti velint dicere ly chimera ſignare omne ens mundi ſub conce

ptibus diſtinctis: ita vt ſignificet vnum equum ſub cõceptu equi: ⁊ leonem ſub eius proprio cõceptu ⁊ ſic ꝺ aliis / inſipiẽtius dictum ē ꝙ reprobari mereat̃. Si vero velint dicere ly chimera aliquo modo .ſ. confuſe ⁊ indiſtincte ſignificare omne ens / bñ valet ſuſtineri / immo quilibet terminus mundi iſto modo ſigñat omne ens / quia ſecũdum auicenam ⁊ .D. S. i mille locis primum quod cadit in apprehenſione intellect⁹ ē ens nil enim poteſt ſubterfugere rationem entis. Vñ ſic poteſt diffiniri homo .ſ. ē ens ſubſtãtiale corporeũ aiatum ſenſibile rationale.

¶ ¶ Queſtio .ii.

Circa ea que dicta ſunt de primis ⁊ ſecundis intẽtionibus / Queritur an tales relationes ſint reales vel rationis? Et videtur ꝙ ſint reales.

¶ Primo / nam relationes habentes extrema realia realiter diſtincta ſunt reales / ſed iſte ſunt huiuſmodi igitur. Prima pars añtis ē nota / ⁊ ſecũda probatur. Unum extremum eſt conceptus exiſtens ĩ anima / alterum eſt res ad extra: ⁊ hec ſunt entia realia realiter diſtincta: igitur.

¶ Secundo / iſte relationes ſunt entia: ⁊ omnia entia ſunt realia: igitur ſunt relationes reales. Maior ē nota: ⁊ ꝓbatur minor / quia reale dicitur a ly res: ſed omne ens eſt res / ergo omne ens ē reale: igitur omnia entia ſunt realia.

¶ Tertio / quod nõ ē ens reale erit penit⁹ nihil: ſi igit̃ iſtarũ relationũ aliqua nõ ē realis erit penit⁹ nihil: ac ꝓinde tales relationes vel non ſunt: vel erunt chimerice adinuentiones.

¶ Sed in contrarium ē autoritas doctoris ſancti ⁊ thomiſtarum.

¶ Pro huius queſtionis exacta elucidatione dicẽda ſunt breuiter duo: licet materia potius methaphiſica ꝙ logica ſit. Primum ē quid ſit ens rationis. Secundum / an iſte intẽtiones vel earum aliqua ſit relatio rationis.

¶ Pro primo ſciẽdum ꝙ ly ens ratiõis põt ſumi dupliciter. Uno modo vt ſit loquutio in trãſitiua vt tunc tantum valeat ac ſi diceretur: ens quod eſt ratio: ⁊ iſto modo ipſe intellectus eẽt ens rationis.

¶ Secundo modo vt ſit tranſitiua loquutio. Et hoc tripliciter. Uno modo vt dicit cauſam effectiuam: ⁊ tũc ens rationis ſignificat ens cauſatum a ratione: ⁊ iſto modo artificialia vt ſic poſſunt dici entia rationis. Secundo modo vt dicit cauſam materialem in qua ſit ſubiectiue: ⁊ iſto modo omnia que ſunt in intellectu / ſiue ſit actus ipſius / ſiue habitus ſiue ſpecies / ſiue verbum pñt dici entia rationis. Tertio modo dicitur ens rõnis illud ens quod ſolum hẽt eẽ obiectiue in intellectu: qḋ a thomiſtis diffinitur ſic. Ens rationis ē ens quod nõ eſt qualitas anime quod p̃ter operationem intellectus nullum habet eẽ. Et iſto tertio modo ſumitur in p̃ſenti. Non tamẽ deſunt qui dicãt iſtũ tertium modum eẽ chimericum ⁊ fictitium / arbitrantes impl̃e eẽ aliquid poſſe intelligi quod non ſit ſaltem in mẽte ſubiectiue ⁊ non ſolum obiectiue. Sed certe ſi ſolum ob hoc diceretur aliquid ens rationis / eo ꝙ in anima ē ſubiectiue nulla ratio ē quare ens rationis diſtingueretur contra ens reale cum accidentia exiſtẽtia in anima / eque (immo perfectius) ſint entia realia ꝙ accidẽtia exñtia ſubiectiue in corporibus. Dimiſſa igitur hac opiniõe vt intelligatur funditus thomiſtarum mẽs / ſciẽdum rẽ aliquam multipl̃r dici poſſe hr̃e eẽ. Uno modo i propria natura: vt habet homo exiſtẽs realiter in mũdo: ⁊ roſa in vere. Alio modo in cauſa ſua / vt roſa i hyeme. Alio mõ ſicut ſignatũ in ſigno. Alio modo dicitur eẽ ſicut cognitum in cognoſcẽte / ⁊ ſic illa q̃ non ſunt ad extra pñt dici eẽ non real̃r ſed in eſſe cognito.

¶ Sed forſan contra hoc arguet aliquis dicẽs / entia q̃ dicuntur habere eẽ iſtis tribus modis vltimis ſimpliciter nõ habere eẽ / ac ꝓinde quãdo dicitur aliquo illorum modorum eẽ / dici improprie ⁊ abuſiue eẽ.

¶ Ad hoc rñdetur / ꝙ ly ſimpliciter in triplici ſignificato reperitur. Uno modo ſimpl̃r tãtum valet ſicut ly maxime: ⁊ ſic dicimus deum eẽ ſimpl̃r ens .i. maxime ⁊ principaliſſime. Alio modo tantum ſonat / ſicut ly ſine addito vt ſi dicam: ethiops non eſt ſimpl̃r albus. Unde phĩſophus / ſimpl̃r dico quod ſine addito dico. Tertio modo tãtum valet ſicut ly omnibus modis: vt ſi dicatur / deus ē ſimpl̃r perfectus. Dicit̃ ergo ꝙ ens quod ſolum hẽt eẽ aliquo iſtorum trium modorum vltimorum põt dici ſimpl̃r non eẽ ſumpto ly ſimpliciter in duabus primis ſigñationibus non tamẽ in tertia. Liquidum enim ē / roſam aliquo mõ eẽ in hyeme quo chimera non ē: licet iſte ambe ſint vere tunc / chimera non ē: roſa non eſt. Simil̃r inter res q̃ nõ ſunt alique ſic ſe hñt quod quedam cognoſcuntur ab hominibus ⁊ alie non: ⁊ lʒ omnes tales non ſint real̃r tamẽ q̃dam hñt eẽ cognitum ⁊ alie nõ: ſicut ꝓportionabil̃r poteſt dici de hercule picto / qui licet non ſit real̃r hẽt tamen eẽ depictum. Et ſi homo nunc exiſtẽs depingeret̃ ille hõ dupliciter hr̃et eẽ .ſ. reale ⁊ pictum. Et ſi aliquis depingeret aliquid cui picture nihil p̃rẽ correſpõderet / poſſet dici illam rem ſolum eẽ depictum habere / nõ tamẽ diceret̃ illam rem habere eſſe reale / licet pictura ſit ens reale. Aſcẽdendo nunc ad intellectum dicit̃ ꝙ inter res q̃ intelliguntur: quedam ſunt q̃ habẽt eẽ nature vl̃ realiter actu vel potẽtia: ⁊ talia dicunt̃ entia realia ſiue ſint in anima ſiue extra animam. Alia vero ſũt que nõ habẽt eẽ reale vel nature / nec actu / nec potentia / que tamẽ pñt intelligi aliquo modo: ⁊ quia ſolum habẽt hoc ꝙ pñt intelligi dicuntur ſolum habere eſſe intelligibile. Et quia omne quod intelligit̃ ē obiectiue in intellectu: ideo dicũtur talia entia ſolum habere eẽ obiectiuum: ⁊ licet ſimilitudines ꝑ quas tales res cognoſcuntur: ſeu intelliguntur ſint ſubiectiue in intellectu: non tamẽ ob hoc talia entia debent dici eẽ ſubiectiue in intellectu / quia tale eẽ ſubiectiuum .i. nõ ē illorũ entium rationis q̃ cognoſcũt̃ / ſed ſimilitudinũ ꝑ quas cognoſcũt̃: ⁊ ſic pʒ qḋ ſit ens rõnis ꝓut diſtinguit̃ cõtra ens reale vl̃r ſumptum.

¶ At vero continuo poteſt alicui oriri dubium / quonam pacto poſſint cognoſci res q̃ nullo mõ ſunt .ſ. nec actu nec potẽtia cũ nl̃a ſit ſimilitudo ꝑ quã talis res poſſit repreſentari.

¶ Ad hoc breuiter (ꝓut nũc ſufficit) dicit̃: ꝙ tales res cognoſcunt̃ non proprie vel poſitiue / ſed negatiue vel abſtractiue. De primo dictum ē in .q. precedẽti: vbi expoſitum ē qualiter chimera ⁊ cetera impl̃ia intelligun tur. Unde cum talia non ſint actu nec potẽtia: ⁊ tamen aliquo modo intelligantur: ideo dicuntur entia rationis. Nec talia oportet habere ſimilitudines ꝓprias ꝑ quas cognoſcant̃ / ſed ſufficit ꝙ aliarum rerum ſimilitudines ſint. Conſimiliter peccatum quoad deformitatem cognoſcitur / non ꝑ ꝓpriam ſimilitudinem ſed per alienam ſcilicet rectitudinis qua caret. De ſecundo nunc nunc dicetur / in reſponſione ad ſecundum principale.

¶ Pro quo ſciēdum/ ꝙ relatio q̄ alicui rei intellecte attribuitur/ pōt tripliciter cōtingere. ¶ Uno modo/ vt talis relatio ſit inter rem intellectam non vt intellectam: ſed prout eſt in ſe: ⁊ inter ſimilitudinem exiſtentem in intellectu: ⁊ talis relatio bene poteſt eē realis/ quia ē inter rem ⁊ eius realem ſimilitudinem/ dum tamē res realr̄ exiſtat. ¶ Secūdo modo pōt eē talis relatio inter rem intellectam nō ꝓut ē in ſe: ſed ꝓut intellecta ē/ ⁊ inter intellectum eam intelligētem. ¶ Tertio modo pōt cōſiderari relatio exiſtēs inter rem conſideratam ꝓut ē in ſe ad ſeipſam cōſideratam ꝓut intellecta ē: ita vt ſit relatio eiuſdē ad ſeipſum ſub alio tñ ⁊ alio eē. Iſte autem relationes due vltime non pñt eſſe reales. Nō ſecūda/ quia fundamētum eiꝰ nō ē ens reale: nam ē ipſa res: ꝓut intellecta ē/ hoc autem quod ē eē intellectum nil ponit reale in re intellecta/ ergo relatio que fundatur ſupra rem vt hēt tale eē nō pōt eſſe realis. Nec tertia relatio pōt eē realis: eo ꝙ nulla relatio eiuſdē ad ſeipſum poſſit eē realis.

¶ Iſtis prenotatis / duo poſſunt dici de prima intentione.

¶ Primum ē/ ꝙ pōt ſuſtineri primam intentionē eē relationem rei intellecte prout ē in ſe ad ipſam intellectam vl' ad ſimilitudinem ipſius rei: vl' ad actū intellectus. Et ſecundum hoc diceretur primam intentionē multotiēs poſſe eē relationem realem vt ex dictis pꝫ/ non tamē ſemꝑ. Nam ſi intelligatur res nō exñs/ talis relatio non erit realis.

¶ Secūdum ē/ ꝙ pōt etiam defendi tam primam q̄ ſecūdam intētionem ſolum repiri in ſcđo vel tertio modo relationum. Sed primum dictum teneo eē verum ſecūdum mētem. D. S. ⁊ peritiſſimorum thomiſtarū. Et ratio eſt/ nam quelibet intellectio tēdēs in rem/ ꝓ vt intellecta ē: ꝓſupponit rem ꝑ aliam intellectionem intellectam/ ac ꝓinde relatio q̄ ibi cōſideratur pertinebit ad ſecūdam intētionem ⁊ nō ad primam. Si quis tamē vellet ſcđm defendere dicere pōt rem intellectam ꝓut intellecta ē: poſſe dupliciter conſiderari. Uno mō prout intelligit̄ exñs ſub cōditionibus ſeu ꝓprietatibus ſibi cōuenientibus a parte rei: ⁊ ſic relatio q̄ ſequit̄ hāc intellectionē erit prima intētio: ſi vero cōſiderer̄ ſecūdum quod intellecta ē quoad cōditiōes ſeu ꝓprietates q̄ ſibi cōueniūt non a parte rei/ ſed ꝓut eſt obiectiue in intellectu/ relatio tunc que conſequitur hanc intellectionem erit ſecūda intētio. De ſcđa vero intentione dicit̄ ſemꝑ eam eē relationem rationis. Et ē ſemꝑ in ſecūdo vl' tertio mō relationis que ē ſcđa intētio/ q̄ poteſt repiri in qualibet intellectus operatione: in prima vt vl'e/ ſpecies/ genus. ⁊c. In ſcđa vt ꝓpō / veritas/ falſitas/ ⁊c. Teneo enim veritatem ⁊ falſitatem ſi formalr̄ ſumantur: ⁊ nō ꝓ rebus q̄ dicuntur/ vere eſſe omnibus modis relationes rationis. Et ſunt relationes tertij modi. Ueritas enim ē relatio cōſiderata inter rem ꝓut ē in ſe ⁊ ſeipſam ꝓut intellecta eſt/ non autem rei ad intellectum: vel intellectus ad rem. Dicitur enim ſic veritatē eē quādo ſic res ſe hēt in ſe ſicut ē in eē cognito vel intellecto: ⁊ quādo ſic non ē/ dr̄ falſitatem eē. Et diffinitio in qua dicitur veritatem eē adequationem rei ad intellectum ⁊ intellectus ad rem. Debet etiam ſumi in iſto ſenſu. ſ. veritas ē adequatio īter rem prout eſt/ ad ſeipſam ꝓut ab intellectu ītellecta ē: ſed d̄ hoc nō plura. Exēplū d̄ tertia opatiōe intellectꝰ ē ly ſillogiſmus/ enthimema: ⁊c.

¶ Ex his vero patet ſolutio ad primum argumentum.

¶ Ad ſecūdum negatur minor: ⁊ ad eius ꝓbationē ꝫ diſtinguo ly reale dici a ly res. Nam ly res ſumitur duplr̄. Uno mō ꝓ ente rato ⁊ firmo vl' (ꝓut quidā dicūt) vt dicitur a ly ratus. a. um: ⁊ ſic cōcedo ly reale dici a ly res. Alio modo ſumit̄ ly res ꝓ omni ente q̄uis modo intelligibili/ vel prout deducitur a ly reor eris. Et iſto modo nego ꝙ a ly res taliter ſumpto dicatur ens reale: Et iſto modo aliquid pōt dici ens ratiōis/ ⁊ non ens reale. Similr̄ diſtinguo ſecūdam partem añtis. ſ. ꝙ omne ens ſit res: vel ſumpto ly res primo modo: ⁊ ſic nego: vel ſecundo modo ⁊ ſic ꝯcedo: in quo tamē non infertur concluſio.

¶ Ad tertium diſtinguo de ly nihil quia vel negatio incluſa ibi negat omne ens tam reale q̄ ratiōis: ⁊ tunc nego ꝙ ſit penitus nihil quod nō ē ens reale. Si vero ly nihil ſumatur ſolum ꝓut opponit̄ enti reali conceditur: ſed non eſt contra nos.

¶ Ultra hec aduerte ꝓ intelligētia dictorum ī prima parte introduc. ꝙ quando dicitur has relatiōes oriri vl' pullulare ex actibus intellectus noſtri: nō debes intelligere penitus illas oriri ꝓut oriri vel reſultare dicuntur relationes reales/ ſed ſuo modo. Nam ſicut poſito generāte ⁊ genito ponūtur reales relatiōes: quia iſte res realr̄ hñt inter ſe habitudinem talem vl' talem Ita quādo intellectus compat rem ꝓut ē in ſe ad ſeipſam ꝓut intellecta ē intelligit intellectus rem aliter ſe habere nūc ratione ſue intellectionis q̄ antea: ⁊ quia hoc aliter ſe hr̄e nō ē ens reale relinquitur eē ens rōnis/ eo ꝙ ſolum hēat eē cognitum. Et q2 nō hēt rōnem abſoluti/ dr̄ relatio rationis.

## ¶ Queſtio. 12.

Circa analogorum materiam q̄ritur/ An ſint tres gradus analogie? Et ꝓbatur ꝙ nō/ quia vnus modus vl' gradus eſt analogia ſcđm inequalitatem: ⁊ tamē iſte gradus nō valet repiri: igit̄. Prima ps añtis ē nota: ſcđa ꝓbat̄/ quia ſequeretur ꝙ nullum genus eēt vniuocum ſed analogum/ ꝯñs ē falſum/ ꝗ añs: ⁊ cōſequētis falſitas eſt nota / ſed ꝯña probatur/ quia omne genus ſemꝑ repitur ꝑfectiꝰ in vna ſpecie q̄ in alia.

¶ Sed in contrarium eſt. D. S. ex cuius doctrina trahuntur communiter a thomiſtis tres gradus: vt patet in peritiſſimi cayetatani cardi. ſancti ſixti opuſculo de analogia nominum / ⁊ in aliis libris thomiſtarum.

¶ Ad hanc queſtionem reſpondetur affirmatiue. Pro quo breuiter ſciēdum tres poni modos analogie a thomiſtis. Eſt enim analogia ineq̄litatis/ Analogia attributionis/ Et analogia ꝓportionis ſiue proportionalitatis.

¶ Primꝰ ergo gradus ē inequalitatis. Pro quo ſciēdum ꝙ nomē analogum ratiōe inequalitatis eſt illud quod ſignificat ſub vnico conceptu naturam vnam/ que quidem natura ſi cōſideretur ꝓut ē realr̄ a ꝑte rei ꝑfectius ſaluat̄/ vel ꝑfectius eē hēt in vno analogato q̄ in alio. Dicitur ſi cōſideretur prout realiter exiſtit a parte rei. Nam ſic cōſiderata animalitas que ē in homine realr̄ ē humanitas: ⁊ animalitas que ē in bruto puta equo realr̄ eſt equinitas: ⁊ ſic de aliis brutis. Nunc liquidum ē humanitatem nobilius quid eē equinitate. Et hoc accidit quia animalitas a ꝑte rei nō poteſt ſeparari nec preſcindi ab humanitate/ equinitate/ aſinitate. ⁊c. At vero quia intellectus poteſt hanc ꝑciſionem vel ſeparationem facere (cōſiderat enim id quod

ptinet ad ratiōem animalitatis/ nō ↄſiderata humanitate vel equitate) ⁊ tūc animalitas vt ſic ↄſiderata nil aliud dicit niſi ſubſtātiā ſenſibilē: q̄ et vt ſic nō ē aliq̄d nobili⁹ in hoīe q̄ꝫ in equo: q̄ꝛ ſi p̄mo modo erat q̄d nobilius/ erat q̄ꝛ cōſiderabat̄ vt realr̄ idētificabat̄ cū humanitate a qua ſeparat̄ ſeu p̄ſcindit̄ ꝑ intellectum in hac ſecūda cōſideratione. Et hinc eſt ꝙ ly animal eſt analogum ſecūdum phos: ⁊ vniuocum ſecundum logicos. Nam philoſophus ↄſiderat ly animal phiſice/ ſcilicet ꝑut ē in homine nobiliori modo: q̄ꝫ in equo ⁊c. Logicus vero ꝑ.at p̄ſcindit ab his: ⁊ ab omnib⁹ aliis ſpeciebus. Hinc etiam liquet bñ merito eē reprehēſos a peritiſſimo cardinali cayetano eos qui gloſabāt li eadem poſitum in diffinitione vniuocorum. Gloſabāt.n. ſic. Uniuoca dicūt̄ quorum nomē ē commune ⁊ rō ſubſtātie ſecūdum illud nomē ē eadem: eadem inquam.ſ. equalr̄ ꝑticipata. Nam ſequit̄ (vt predictus cardinalis arguit) ly animal quod ē vere vniuocum eſſe analogum: vt pꝫ ex dictis. Et hoc intelligi dꝫ ꝺ ꝑticipatiōe ſecūdum eſſe: vel de participatione ꝑte rei. Nā ſi alr̄ intelligeret̄ bñ poſſet gloſa ſuſtineri: vt poſtea dicet̄. Et ſic pꝫ primus gradus.

¶ Pro ſecūdo gradu ſciēdum/ ꝙ nomē habēs iſtum gradum analogie ſic ſe hēt ꝙ ſignificat vnū analogatum.ſ. principale ſub vnico conceptu: ⁊ alium ſub alio: ſed non omnino alio: ſed taliter vt ille conceptus primus reperiatur in alio: ⁊ aliquid vltra. Uerbi gratia/ ly homo dicit̄ de homine viuo ⁊ picto ⁊ ſignificando viuum/ ſubordinatur ↄceptui animalis rationalis ⁊ ſignificādo hominem pictum ſubordinat̄ conceptui ſimilitudinis animalis rationalis. In quo vides poni primum ↄceptum ⁊ aliquid vltra. Similr̄ ly ſanum vt dr̄ de animali ⁊ dō pulſu: ⁊ de medicina: Et q̄ñ dicit̄ ꝺ animali diffinit̄ ſic.ſ. ſanum ē animal hñs ꝓportionē humorum. Qñ vero dr̄ de pulſu diffinit̄ ſic: pulſus ſanus ē qui ē ſignum ꝓportiōis humorum. Qñ ꝺ medicina dicit̄/ diffinit̄ ſic.ſ. medicina ſana ē q̄ efficit ꝓportionē humorum. Ubi clare vides illō q̄ō ponit̄ī diffiniōe analogi principalis poni in diffinitionib⁹ aliorum: ⁊ aliq̄d vltra. Uides etiam pulſum ⁊ medicinam ſi ſana dicūt̄ dici in ordine ad ſanitatem repertam in animali. Qñ animal dicit̄ ſanum a ſanitate/ que eſt ꝓportio humorū exiſtente ſubiectiue formaliter in eo. Pulſus vero ⁊ medicina non: ſed a ſanitate in animali exiſtēte: eo ꝙ ad eam habeant ordinem: ⁊ propter hunc ordinem talis analogia dicitur attributiōis. Et ſic liquet ſecūd⁹ gradus analogie.

¶ Tertius ⁊ intellectu difficilior eſt/ vbi reperit̄ analogia ꝓportionis ſeu ꝓportionalitatis/ qui mod⁹ ſubdiuidit̄ in alios duos ſm̄ ꝙ ꝓportio pōt dupliciter ↄtitui vl̄ fieri.ſ. vl̄ methaphorice: vl̄ proprie. Primo mō ly ridere dr̄ analogice de hoīe ⁊ dō pto. Secundo mō dr̄ ly ens de ſubſtātia ⁊ accñte: Et in primo mō iſtorum modorū analogata ſic ſe hñt ꝙ in vno eorū ſaluat̄ ꝓprie rō quam analogum nomē ſignat: ⁊ ī alio ſaluat̄ nō ꝓprie ſed methaphorice/ vt in exemplo dicto pꝫ. In ſcdō vero mō rō quā dicit analogum nomē in vtroqꝫ ꝓ̄ reperit̄ ſed differēter. Nā in vno ſaluat̄ ꝑfecte in alio vero nō eque ꝑfecte. Et intelligo nō de ꝑfectione vel imperfectione ſecūdum eē nature ſed ſcd̄m rationē vl̄ ſecundum eē intelligibile ⁊ abſtracto. Qd̄ vt ꝑfecte intelligi valeat pono exemplum in ſenſibilibus. Fingamus igit̄ eſſe ſpeculum quoddam hic/ corā quo ſit ſortes ſolum/ a quo reſultat vera eius ſimilitudo in ſpeculo: ſit autem plato abſens qui eſt ſimilis ſorti: ita vt nō ſit homo qui viderit ſortē: qui ſi poſtea platonem viderit non recordet̄ ſortis dicens: O quam ſimilis eſt iſte homo ſorti: quemadmodum dixit raguel de thobia iuniori: Quam ſimilis eſt iuuenis hic conſobrino meo. Tobie ſeptimo. Uolo tamen inſuper hāc ſimilitudinem non eſſe omnimodam: ita vt ſi ambo homines conſiderentur aliquid differētie reperiret̄. Ut puta ſi vnus ſit aquilinus ſit ⁊ alter: tamē naſus vni⁹ ſit maior q̄ꝫ alteri⁹: hñs tñ eādem proportionem cū ſua facie quam hēt alter in ſua: ⁊ oculi vnius ſint eiuſdē coloris cum oculis alterius/ tamen aliquādo grādiores ⁊c. Tūc dico ꝙ ſpecies ſortis reſultans in ſpeculo repñſentat ſortem ⁊ platonem proprie ſed differēter. Nam ſortem perfecte ⁊ adequate platonem vero imperfecte ⁊ inadequate. Et q̄ō illa ſimilitudo repreſentet platonē probo dupliciter. ¶ Primo ſic/ qui viderit platonem ⁊ poſtea viderit illam ſimilitudinem recordabitur platonis etiam ſi antea illius oblitus fuerit/ igitur ſignificat illum/ antecedēs eſt notum: ↄñ̄a vero ꝓbatur: quia repreſentare nihil aliud eſt q̄ꝫ preſentiam rei facere in eſſe cognito. ¶ Secūdo in iſto caſu/ ſortes repñſentat platonem: ergo ⁊ illa ſimilitudo. Añs pꝫ: quia qui vidit platonem viſo ſorte ſtatim recordabitur platonis: igit̄: ↄñ̄a vero tenet/ quia ſimilitudo rei ſignificat rem cuius eſt ſimilitudo: ⁊ ē̄t rem ſimilem illi⁹ rei cuius eſt ipſa ſimilitudo. Imaginare vltra hec/ ꝙ ſicut ſe habet illa ſimilitudo ad ſortem ⁊ platonem/ ſic ſe habet terminus mentalis: qui eſt conceptus quidā ad ſua analogata. Uolo dicare/ ꝙ talis cōceptus repreſentat vnum analogatum (principale ſcilicet) perfecte ⁊ adequate: alterum vero imperfecte ⁊ inadequate.

¶ Et ſi dicas ſi ambo repreſentat aliquo modo non repreſentat vnum adequate. ¶ Reſpondeo quod intelligo non de quauis adequatione ſed de adequatiōe ꝑfectiōis: ita ꝙ ſi loquamur de repñſentatione ꝑfecta/ vnum adequate repreſentat. Si vero de alia quauis inadequate. Et quia iſto modo ſe habet conceptus ad ſua analogata/ eodem modo ſe habebunt nomen vocale ⁊ ſcriptum que conceptui tali ſubordiantur ⁊ aſſimilabuntur ſpeculo ſuo modo. Nam ſicut poteſt dici ſpeculum predicto modo repreſentare ſortem ⁊ platonem ratione ſimilitudinis quam continet/ ſic nomen vocale ⁊ ſcriptū rōne ↄcept⁹ cui ſubordinat̄.

¶ At vero ſi hinc oriat̄ tibi dubiū/ quo pacto ſcilicet/ ſit intelligēdū doctorū aliquorū dictū dicētium/ nomē analogum vocale/ ſeu ſcriptū/ ſubordinari diſtinctis ⁊ pluribus conceptibus?

¶ Pro huius dubii ſolutione vltra dicta in exemplo poſito/ oportet nos fingere platonem qui poſitus fuit in p̄cedentibus abſens a ſpeculo nunc eſſe preſentem: ita ſcilicet vt ſortes ⁊ plato ſint coram ſpeculo: quorum imagines (vt liquidum eſt) habent in ſpeculo relucere. Et volo ꝙ imago ſortis vocetur. a. ⁊ platonis b. in caſu liquidum eſt. a. perfecte ⁊ adequate repreſentare ſortem ⁊. b. perfecte ⁊ adequate platonem. Si igitur queratur/ an. a. ⁊. b. ſint vna vel plures ſimilitudines/ reſpondendum eſt cum diſtinctione/ ſcilicet/ quod ſunt plures/ ſed proportionabilr̄ ſunt vna/ ſicut ⁊ effigies que repreſentantur: licet ſimpliciter ſint due: tamen proportionabiliter ſunt vna/ eo quod conueniunt in quadam proportione. Sic ergo imaginati ſunt aliqui terminum analogum ſubordinari pluribus conceptibus.ſ. omnium ſuorum analogatorum: quorum ↄceptuum quilibet repreſentat ſuum analogatum. Uerum quia illi conceptus in repreſentando habent proportionem/ ideo dicuntur vnus

conceptus non ſimpliciter ſed ꝓportione vnus. Doctores vero tenentes nomen analogum tantum habere vnicum conceptum/dicunt hoc vel poſſunt dicere ſub duplici conſideratiõe. ¶ Prima ē/qꝛ imaginant̄ vnius analogati.ſ.principalis conceptum eſſe etiā alterius: licet non eque perfecte vt dictum eſt. ¶ Secūda eſt/quia conſiderant id in quo habent proportionem anologata: ⁊ retenta ſimilitudine illius preſcindunt ſimilitudines adequatas omniū analogatorū.

¶ Ad hoc intelligendum adduco exemplum doctiſſimi cardinalis cayetani: ⁊ ſumo hoc nomen/os ſubſtinens carnes. Et accipio in mente ſimilitudinem oſſis carnes ſubſtinentis. Tunc dicit/quod illa ſimilitudo etiam repreſentabit ſpinam ob proportionem reptam inter ſpinam ⁊ os: preſertim in hoc quod eſt ſubſtinere carnes: ac proinde erit vnicus conceptus ſecūdum primam conſiderationem. Si vero amittamus ſimilitudinē oſſis ⁊ ſimilitudinē ſpine: ⁊ loco ſimilitudinis oſſis ſuccedat ſimilitudo entis in communi: ita vt dicamus/ens ſubſtinens carnes/tunc formabitur etiam vnicus conceptus q̄ etiam vt ſic abſtractus ⁊ non ſolum ſecundum eſſe nature perfectius ſaluatur in oſſe ꝙ̄ in ſpina/⁊ ideo erit vnus analogice ⁊ non vniuoce. Et hec vnitas colligitur ex doctore ſancto primo per hier.lec.8. vbi dicit ſic. Plurium diuidentium aliq̄d commune/vnum eſſe prius alio poteſt contingere dupliciter. Uno modo ſecundum proprias rationes diuidentium. Alio modo ſecundum rationem illius communis ſecundum quam rationem illud commune diuiditur. Primum nō tollit vniuocationem/vt manifeſtum eſt in numeris/in quibus binarius ſecundum propriam rationem eſt prius ternario: ⁊ tamen equaliter participat rationem ſui generis.ſ.numeri. Ita.n. ternarius eſt multitudo menſurata per vnum ſicut binarius. Secundum vero impedit. Et propter hoc ens non poteſt eſſe genus ſubſtantie ⁊ accidentis: quia in ipſa ratione entis ſubſtantia que eſt per ſe prioritatem habet reſpectu accidentis quod eſt ens per aliud ⁊ in alio. Que verba ſumme in hac materia notanda ſunt.

¶ Ex oib⁹ dictis colligi poteſt aliquoꝝ diuidentium vnum commune vnum poſſe eſſe prius ſeu perfectius alio tripl'r. Secūdum rem ſeu ſecūdum eē nature: ⁊ ſic homo ē prior brutis. Secūdo modo ſcđm ꝓpriam rationem ſeu diffinitionem: ſicut binarius ē prior ternario: ⁊ etiam iſto modo homo ē perfectior brutis. Nial enim rationale quid perfectius dicit ꝙ̄ animal irrationale: ⁊ hoc ſimil'r non impedit vniuocationem/eadem ratione qua nec primum. Nam primum non impedit quia nō cōſiderat̄ commune ꝓut abſtrahit ab inferioribus: immo conſiderat̄ prout real'r identificat̄ cū eis: ita iſto modo non conſiderat̄ ſecundum ſuam rationē abſolute/ſed prout contrahit̄ per ꝓprias differētias ſuorum inferiorum. Tertio modo ſecū dum rationem ipſius communis diuiſi. Et hoc impedit q̄ponit ꝑoritatem ſeu perfectionem in ratione illius communis abſtracta ꝑ intellectum abeſſe/qđ realiter habet ī ſuis inferioribus ⁊ a differentiis que in diffinitionib⁹ ponunt̄ vel poni deberent ſi diffinirent̄. Et hinc pꝫ q̄re ſupradictum eſt quod gloſa illa que datur ab aliquib⁹ diffinitioni vniuocorum/in qua dicitur. Uniuoca ſunt quorum nomen ē commune ⁊ ratio ſubſtantie ſecūdū illud nomē eſt eadem.i. equal'r participata/ē bona/intelligendo non de participatione ſecundum eſſe v'l realiter/ſed de participatione rationis ⁊ ſecundum eē abſtractum illius quod dicitur vniuocum.

¶ Si vero nunc querat̄/quid tenendum ſit circa nomen analogum ⁊ eius conceptum/an.ſ. habet vnum vel plures ꝯcept⁹. Dicendum mihi videtur quod hēt vnum ⁊ non primo modo in quo poſiti ſunt plures cōceptus ſimpl'r: ſed ſecundo vel tertio modo. Et loquor in preſenti de conceptu ſubiectiuo.ſ.đ ſimilitudine exiſtēte ſubiectiue ī potētia cognitiua nō de obiectiuo: q̄ eſt ipſa res cuius ſimilitudo exiſtit in mēte q̄ dicta eſt conceptus ſubiectiuus.

¶ Iſtis habitis/elicere poteris per quā faciliter differentiam inter vniuoca/⁊ equiuoca ⁊ analoga nomina. Quam volo elucidare in ſpeculo ſuprapoſito: ⁊ volo vltra ea que ī illo caſu poſita ſunt quod adueniat cicero qui ſit ſimillimus ſorti: ita vt in ſpēbus q̄ ſplendent in ſpeculo nulla valeat differētia notari. Et inſuꝑ veniat brunell⁹ ita vt oēs q̄tuor ſint corā ſpeculo Et ſic erit inter ſortem ⁊ ciceronē oīmoda ſimilitudo/inter ſortē ⁊ platonē aliq̄lis inter brunellū ⁊ hos tres homines nulla. Loquor autem de ſimilitudine in effigie corporali. Et volo nunc ꝙ ſolus ſortes producat ſuam ſimilitudinem: ⁊ brunellus ⁊ nullus aliorum/tūc dicitur ꝙ illud ſpeculum repreſentabit ſortem ⁊ ciceronem vniuoce/ſortem autem ⁊ brunellum equiuoce: ſortem vero ⁊ platonem analogice. Hoc patet ſpeculū illud repreſentat ſortem ⁊ ciceronem mediante vna ſimilitudine eque perfecte repreſentante ambos ꝗ̄ vniuoce. Repreſentat autem ſortem ⁊ platonē non eque ꝑfecte vt dictum eſt: ergo analogice. Repreſentat vero ſortem ⁊ brunellum ſub ſimilitudinib⁹ omnino diuerſis ergo equiuoce. Nō diſputo modo an ſit p'le vnicam ſimilitudinem vnius ſingularis aliud ſingulare eq̄ ꝑfecte poſſe rep̄ſentare. Nil enim hoc refert ad veritatem exemplarem. Ponimus enim exempla nō vt ita ſint ⁊c. Idem de hoc.ſ. an ſit poſſibile duo indiuidua adeo eſſe ſimilia vt nulla valeat differentia dep̄hendi. Ex his etiam haberi poteſt ſenſus diffinitionis in prima parte introductionū poſite pro analogis. Dicitur enim ſic/terminus analogus ē terminus ſignās ſua ſignificata ſub ratione partim eadem ⁊ ptim diuerſa. Intelligi enim debet ſic/ꝙ ratio ſub qua ſignāt tal'r ſe habet ꝙ vnum ſignificat proprie ⁊ adequate ⁊ perfecte: aliud vero methaphorice/vel inadequate ⁊ imperfecte/eo modo quo ſupra dictum eſt: Hic autē breuitatis cauſa non annotaui loca omnia in quibus doctor ſanctus de analogis loquitur. Uideat illa qui voluerit in aliis thomiſtis/vel in tabula aurea. Plura etiam que hic etiam circa hanc materiam dici poterāt eadem ratione omitto. Et ēt ne ꝑfectis inſtituti limites egrederemur.

¶ Queſtio.15.

Circa ea que dicta ſunt de terminis ſinonimis queritur/An genus ⁊ variatio caſus ⁊ alia accidentia grammaticalia reperiantur in mente? Et videtur quod non. Nam ly lapis ⁊ ly petra ſubordinantur eidem conceptui penitus inuariato ſecundum modum ſignificandi/igitur habetur intentum/ſcilicet quod ſolum talia accidentia ſint in voce/cum vna vox ſit maſculini/⁊ alia feminini generis.

¶ Sed cōtra/ea q̄ ſunt in voce ſunt ſigna eorum que ſunt in mente/ſed in voce eſt repire talia accidētia/ergo ⁊ in mente.

¶ Pro huius.q. enodatione ſciēdū primo/ꝙ 7. accidētia repiri in noīe: vt grāmatici cōiter dicunt

⁊ ſunt/declinatio/caſus/numerus/figura/qualitas/genus/ſpecies. Uerbo vero/octo accidentia tribuunt ea ſunt/modus/tempus/numerus/perſona/ſpecies/figura/coniugatio/genus. Et de iſtis accidentibꝰ queritur communiter an reperiantur in mente ſicuti voce vel non.

¶ Secundo ſciēdum hanc queſtionem poſſe intelligi dupliciter/eo ꝙ in mēte duplices cōceptus repiant vltimati.ſ.⁊ nō vltimati. Et ſi de nō vltimatis q̄rit: rn̄ſio facilis eſt.⁊ illa eſt affirmatiua. Nam cū cōceptus nō vltimatꝰ ſit ſimilitudo vocis/variata voce inq̄ntū ē vox variari debet etiam ⁊ conceptus. Liquidum eſt enim has voces/homo/homine/homines/hominibus/diuerſas habere ſimilidines ſibi in mēte nō vltimate reſpondētes. Eſt ergo cōtrauerſia inter doctores/an iſta diuerſitas repiatur in mente ſcđm cōceptꝰ vltimatos talium vocum.

¶ Tertio ſciēdum/omnia predicta accidentia in tres partes diuidi. Quedam enim ſunt que ſimul variant modum ſignificandi grammaticum ⁊ logicum. Uocatur autem modus ſignificandi logicus ſignificare/cōmuniter/diſcrete/abſolute vel connotatiue: abſtractiue: vel cōcretiue: vel aliud cōſideratо a logicis: Et hec variatio variat conceptum.⁊ ſic alius eſt conceptus illius termini homo/⁊ alius illius termini ſocrates aliꝰ inq̄ vel oīo ſcđm nōiales.l.ſm vſum ipſius conceptus vt ſtatim dicetur. Similiter ly albedo ⁊ ly album non ſubordinantur eidem conceptui omnino: ⁊ in his talibus reperiuntur duo.

¶ Primū ē/ꝙ tm̄i variāt ſecundum conceptus ſuos.

¶ Secūdū ē/ꝙ variatur veritas ꝓpoſitionis. Iſta enim poteſt eſſe vera/homo currit/hac exiſtente falſa/ſortes currit/⁊ hec eſt falſa/albedo legit: ⁊ hec eſt vera album legit. ¶ Alia accidentia ſunt in alio extremo q̄ non variant modum ſignificandi logicum. Nec veritatem propoſitionis/vt ſunt declinatio ⁊ figura in nomine/⁊ coniugatio in verbo. Si enim vnum nomē declinetur ꝑ ſecundam vel quartam declinationem/nihil omnino refert quoad veritatem vel falſitatem propoſitionis. Non enim refert dicere/punctus.i: vł punctum.i.domus.i.vel domus.us. Similiter nihil intereſt/vnum verbum inflecti per diuerſas coniugatiōes: vt ſi dicā/tu lauas vel tu lauis: tu cōpellas/tu ꝯpellis ꝑ ꝓmam vel tertiam cōiugationē. Et talia accn̄tia ſolum repiuntur in voce vel in mēte non vltimate.

¶ Alia vero ſunt accidentia que variant veritatem ⁊ falſitatem ꝓpoſitionum. Non quia ſignificent aliū ⁊ aliud: ſed ſolum ꝓpter diuerſum modum ſignificādi grammaticū: vt ſunt numerus in nomine ⁊ in verbo. Multū.n.refert dicere/hō currit vł homines currūt. Similł̄r hoc facit caſus in noīe: ⁊ modꝰ ⁊ tēpus in verbis. Et de iſtis ē diſceptatio inter logicos ꝓſertim ſm nominales. Hoc dixerim/q₂ ſcđm reales ⁊ ꝓcipue thomiſtas ē etiam difficultas de primis accidentibꝰ: ⁊ maxime tenēdo ꝙ de re ſingulari nō poteſt haberi ꝓꝓus conceptus. Unde his terminis/homo/ſortes/non reſpondebunt diſtincti conceptus in intellectu. Similiter ly album ⁊ ly albedo idem ſignificant formaliter/⁊ differunt in modo ſignificandi. Quamob rem de primis dicēdū eſt: ꝙ diuerſitati repte in voce inter tm̄ cōem ⁊ diſcretum nō correſpōdet diuerſitas conceptꝰ ſed diuerſitas vſus ipſius ſpēi vel cōceptus penes hoc ꝙ intellectus vtił eis ad intelligendum ſingulare: vel commune. De abſtractis ⁊ concretis/proportionabiliter dicendum eſt. Sicut ſtatim dicetur de aliis accidentibus.

¶ Iſtis prenotatis/dicitur hic eē triplicem dicendi modum. Quidam.n.dicūt ꝙ accidentibꝰ iſtiꝰ tertij generis non reſpondet in mente aliqua diuerſitas in conceptu talis termini: ſed correſpondet tali diuerſitati vocali: diuerſitas quedam articulorum que in mente reperiuntur: ⁊ etiā in voce hiſpana vel greca: vbi conſuetum eſt tales articulos ponere. Unde volunt dicere ꝙ ſicut hiſpane obſeruamus eandem terminationem vocis in multis caſibus ⁊ notificamus diuerſitatem per articulos: ita grammaticus retento principio vocis variat finem: ⁊ illa variatio finis idē facit quod diuerſitas articulorum in lingua hiſpana. Hoc patet ſic exemplariter/dicimus hiſpane/el hombre corre/eſte libro es del hombre. Ecce qualł̄r ly hombre vtrobique terminatur/⁊ inchoatur eodem modo: non tamen idem ſignificatur per illas propoſitiones ⁊ illa diuerſitas cauſatur ex articulis illis. Latinꝰ vero dicet eaſdem ſententias ſic.ſ.hō currit: hic liber eſt hoīs. Ubi differētia q̄ cauſabał rōne articuloꝝ hiſpane cauſał latine rōne diuerſe terminationis

¶ Alij vero huic dicto omnino aduerſātur dicētes conceptus mentales correſpondentes talibus ſ.habentibus diuerſa predicta accidentia eē diſtinctos eſſentialiter ⁊ eſſe cōnotatiuos vt in plurimum/ſicut ſunt obliqui reſpectu recti. Unde dicunt ly hominis de materiali ſignificare omne ens cōnotando illđ poſſideri ab homine.

¶ Tertia opinio que communiter defenditur eſt. Conceptus correſpondentes talibus terminis vocalibus ſeu ſcriptis eſſe diſtinctos accidentał̄r/ſed non eſſentialiter.

videtur mihi ly tātum dupliciter ſumi. Uno modo vt ſimul includit aliquid ⁊ excludit ab oppoſito illius. Alio modo vt ſolum excludit ab oppoſitio alicuiꝰ. Exemplum p̄mi commune eſt. Exemplum ſecūdi eſt hoc/ ſi dicam/ deus eſt a deo bonus vt tātum ipſe ſit bonus liquidum eſt ſenſum eſſe hunc/ deus eſt bonus: ⁊ nullum non deus ē bonum: ſolum enim videt̄ addi ſecunda pars ad excludendum: cum p̄ma pars affirmauerit quod non includeretur niſi p̄ma pars non preceſſiſſet. Unde dico ꝙ quando excluſiua primi ordinis ponitur in copulatiua cuiꝰ prima pars eſt eius p̄iacens: tūc ly tantum debet exponi ꝑ ſecundam exponentem. Et q̄n do excluſiua tertij ordinis ponitur in copulatiua cuiꝰ vnaꝑs eſt aduerſatiua eidem excluſiue: vel eſt p̄iacens p̄mi ordinis debet exponi ſolum ꝑ primam exponētē. Ut ſi dicam/ homo ē animal ⁊ nō tm̄ hō ſed ēt equꝰ. Sē ſus ſcd̄e ꝑtis ē/ aliq̄d nō homo eſt animal. ſ. equus. Et tunc contradictio nō debet attendi ex ꝑte hypotheticarum ipſarum: ſed ſolum ex ꝑte excluſiuarum q̄ cum ſuis ſcd̄is exponentibus cōuertunt̄. Et ſicut ipſe ſecūde exponētes contradicunt: ita ⁊ exponibiles. Unde in rigore logico dicende ſunt tales ꝓpoſitiones contradicere/ ⁊ ſic debere exponi/ quia rigor logicus eſt vſus loquendi ⁊ communis modus ꝯcipiēdi/ ⁊ p̄ſertim q̄n vſu ſapientum comprobat̄. Un̄ ad argumentum negatur ſequela/ nam cum illa excluſiua ponitur illa aduerſatiua: ⁊ ideo ſolum debet exponi ꝑ ſecundam exponentem. Et ex his pꝫ ꝙ non dabunt̄ due contradictorie ſimul vere aut ſimul falſe ex hac ſolutiōe. Un̄ ille q̄ aſſumuntur inter arguendum nō dn̄t exponi ꝑ ſecundas exponētes: cum neutra earum ponat̄ in copulatiua. Pꝫ ēt qualr̄ oēs ille autoritates intelligēde ſunt/ ita. ſ. vt ſolum excluſiue negatiue exponat̄ ꝑ ſolas ſecūdas exponentes.

## ¶ Queſtio. 41.

Circa dicta de ſuppoſitionibus terminorum ꝓpōnum exponibiliū tenēdo ꝯmunem opinionem multe difficultates poterūt hic vētilari. Una ē/ ꝙ q̄n fit excluſio a ꝑte ⁊ nō a toto/ predicatum non ſtet diſtributiue nec omnis t̄ſ poſitus ī ſubiecto confuſe tantū/ quod ē cōtra communem regulā: Primum pꝫ: quia in hac ꝓpōne/ tantum regis equꝰ eſt animal non poſſumus deſcendere copulatiue ſub ly animal/ nā in caſu ꝙ nō ſint equi in mundo niſi vnꝰ poſſeſſus a rege: an̄s erit verum ⁊ ꝯn̄s falſum. Itē patet: quia non poteſt conuerti in vnam in qua li animal ſtet diſtributiue: non enim ex illa infertur hec/ omne animal eſt regis equus. Secundū patet/ quia ly equus diſtribuitur in ſecunda exponēte ſicut ly animal/ vt exponēti propoſitionem liquidum eſt. Alia ē/ qꝛ in iſtis propoſitionibus/ non tantum homo non poſſibiliter non eſt currēs/ tantum homo neceſſario eſt currēs: nō poſſimus deſcēdere in prima diſiunctiue/ nec ⁊ in ſcd̄a copulatiue ad omnia currentia/ ſed bene ad currentia ex neceſſitate ſi aliqua eſſent: ⁊ ſic non diſtribueretur li currens pro omni currenti poſſibili: cuius oppoſitum videtur/ quia ſupponit pro omni currenti poſſibili/ ⁊ diſtribuitur ergo diſtribuitur ꝓ omni poſſibili. Si enim dicam/ homo neceſſario currit: ly currit ꝓ currēti poſſibili debꝫ ſupponere: licet nō ſufficiat ſubiecti ⁊ p̄dicati ſuppoſitio ꝓ eodem ad eius veritatem: ſed etiā requiritur neceſſitas ſue de ineſſe: licet alij teneāt ꝙ in verificatione: quādo. ſ. volumus videre pro quo ſupponat/ oportet ponere ly neceſſario. Un̄ dicunt p̄dicatum huius/ deus neceſſario eſt creans nō ſupponere/ Sed meliꝰ (vt alij dicūt) ē/ vt remoueat̄ ly neceſſario/ ⁊ ponat̄ plꝰ rōne ampliatiōis ſcd̄e. Nō. n. requirit̄ vt ī cognoſcenda ſuppōne ſeruet̄ appellatio ſicut āpliatio. Alias difficultates quas omitto ⁊ plures alias quas inq̄rere nolo/ diligēs ſtudēs poterit inuenire. Ob illas igit̄ fugiēdas vr̄ mihi rōnabile eē id q̄d in p̄ma ꝑte huiꝰ tractatꝰ dictum ē. ſ. t̄ſos exponibiliū nō ſupponere vnica ſuppōne diſtincta/ niſi forſan ſuppō cauſet̄ a ſigno nō exponibili habēte maiorē vim ex natura ſigni vł ex bn̄placito arguētis ꝙ̄ habeat ſignū excluſiuū reſpectu illiꝰ t̄ſi cui tale ſignū addit̄. Primū dr̄ propter hāc/ tm̄ omnis hō ē al̄: nam pōt dici ly hō ſtare diſtributiue ꝑfecte qꝛ confuſa tm̄ impedit̄ ex natura rei a tali ſigno. Scd̄m dr̄ ꝓpter hanc/ tantum. b. homo ē animal qꝛ ſuppō determinata ex natura rei minor ē ꝙ̄ cōfuſa tm̄: ſed apponit̄ ly. b. dedita opa vt impediat̄. Dicitur habente maiorem vim/ qꝛ ſi dicam/ tantum hō nō ē animal/ nō ē neceſſe ly animal ſtare ꝯfuſe tantum aut diſtributiue ſolum/ licet ponatur ly nō. Et ratio ē quia vis illius ſigni tantum reſpectu predicati ⁊ virtus ꝺ ly nō equalis virtutis ſunt. Nam ly tantū diſtribuit p̄dicatum ratione negationis quam includit: vt patet ī ſcd̄a exponente primi ordinis: vbi ly tantum non impedit̄. Et quod dicitur in prima ꝑte. ſ. tales terminos ſupponere tot ſuppoſitionibus quot habent in exponētibus nō debet intelligi ꝙ tales termini ſemper ſupponāt pluribꝰ ſuppōnibꝰ ex neceſſitate: ſed ꝯditionalr̄. ſ. ſi ſic ſupponāt in exponētibꝰ. Nā dicēdo/ ab eterno fuit homo: ly hō bn̄ ſupponere pōt vnica ſuppōne dūtaxat. ſ. confuſa tantum. Nam ſic ſolum ſtat in exponēte que ē hec/ ante quodlibet inſtans verū vel imaginabile fuit homo.

## Queſtio. 42

Circa dicta de conuerſionibus q̄ritur qualiter ꝯuertūt̄ iſte ꝓpōnes/ tm̄ leo videt ſe: tm̄ leo ē ipſemet/ tm̄ hō ꝯtingēter ē al̄: tm̄ equꝰ ē angeli equꝰ: tātū īcipiēs eē ē angelꝰ/ tātū. a. leo cuiꝰ libꝫ angeli al̄ ē/ tantū leo al̄ ē ⁊ fuit: tātum leo ⁊ quilibet homo ſunt animalia?

¶ Hic primo opꝫ ſcire oēꝫ excluſiuā cuius p̄iacēs nō poteſt cōuerti nō eē cōuertibilem. Unde hec nō eſt cōuertibilis/ tātū. a. leo ē vel fuit al̄: ſi ly. a. ponatur ad denotādum p̄mam exponētem eē immediate reducendam ad copulatiuam.

¶ Inſuper oportet meminiſſe limitatiōnū poſitaꝝ in prima ꝑte ⁊ in quarto libro.

¶ Tertio opꝫ ſcire/ omnem excluſiuā cuiꝰ p̄me exponentis totale p̄dicatū diſtribuit̄ ꝯplete aut ſtat diſcrete cōuerti mutuo cū ipſa ſola p̄ma exponēte. Ex quo ſeq̄t̄ conuertētem prime exponētis eſſe etiam cōuertentem ipſius totius exponibilis. Un̄ iſta propoſitio. a. homo omne animal ē/ cōuertit̄ mutuo cum iſta: tātum. a. homo omne animal ē. Hoc pꝫ: nam illa prima infert totā excluſiuam ⁊ infertur ab ea. Secundum notum eſt/ ⁊ primum ꝓbatur. Bn̄ valet: hec/ a. homo omne animal eſt: infert ſeipſam ⁊ ſecundam exponētem illius excluſiue: ⁊ ipſa eſt prima exponēs/ ḡ infert omnes exponentes ergo totam excluſiuam. Quod inferat ſeipſam notū ē. Et ꝙ inferat ſecūdā ſic ꝓbo de primo ad vltimū. Bene valet/ a. hō omne al̄ ē: ergo omne al̄ ē homo/ ḡ al̄ eſt homo. Ultra/ ergo animal nō ē nō homo. Ultra/ ergo nullum. a. nō hō omne al̄ eſt: ⁊ iſta vltima eſt ſecunda exponēs igit̄. Prima ꝯn̄a tenet ꝑ cōuerſionem ſimplicem: vel ꝑ illam regulā/ noīa ⁊ verba trāſpoſita idē ſignificant: ſecūda ꝑ legem ſubalternarum: tertia ab affir

matiua ad negatiuam: quarta tenet ſicut prima: igit.

¶ Quarto oportet aduertere ordinem ſuppõnum in exponibili ⁊ in vli de t'is tranſpoſitis: vt. ſ. t'i ſtẽt eo mõ. Añ iſta ꝓpõ/ omnia animalia. a. leo ⁊ q̃libʒ leo ſũt/ nõ habebit iſtam excluſiuam ſibi correſpondentem. ſ. tm̃ leo ⁊ quilibet leo ſunt animalia: quia arguit a cõfuſa ad determinatam aliquo modo ex pte ꝺ ly leo. Nã in añte ly leo ſtat cõfuſe in ordine ad omnes t'os diſtributos: ⁊ in ꝯñte ſtat determinate in ordine ad ly leo in ſecundo loco.

¶ Quinto ſciẽdum ẽ ꝙ vt communiter ly tm̃ diſtribuit p̃dicatum vnica diſtributione formal'r: aut equiualẽter: ac ꝓinde vnica acceptione/ quãtumuis obliquꝰ p̃cedat ſiue ſequat. Et hoc qꝺ dico de acceptiõe intelligo et formal'r vel equiualẽter: niſi in caſu cito dicendo. Unde in aſſignãda vniuerſali ſemꝑ p̃dicatum ſi habet plures partes debet diſtribui vnica diſtributione: ⁊ ꝑ conſequens vnice ſumi. Añ hec ꝓpõ/ tm̃ leo cuiuſlibʒ angeli leo eſt/ ſic debet conuerti/ q̃libʒ leo q̃ ẽ cuiꝰlibet ãgeli leo ẽ leo. Hec notata ſunt ꝓ ꝓpõnibꝰ ꝓpoſitis ⁊ aliis q̃ ꝓponi poſſunt.

¶ Quibus p̃miſſis/ dicitur ꝙ prima exponitur ſic/ omne videns ſe leonem ẽ leo. Et hoc ſi ly ſe i exponibili referat ly leo. Si vero referat ly videns/ ſua conuertẽs erit hec/ omne vidẽs ſe eſt leo. ¶ Secunda ſic/ oĩs ipſemet leo eſt leo: lʒ in p̃ma exponẽte nõ diſtribuat ly ipſemet. Et nota ꝙ qñ ly ipſemet refert ſubiectũ exponibilis in ſecunda exponẽte no dʒ referre totũ terminum infinitatum: ſed ꝑtem illius/ ſubiectum. ſ. p̃ciſe ipſius exponibilis. Iſta autẽ vniuerſalis/ omne animal vel lignum eſt ipſummet non põt habere excluſiuam ſi ly ipſummet referat vnam ꝑtem ſubiecti. ſ. non diſtributam: qꝛ vel diſiunctum diſtribuit vnice ſumptum vel ſolũ vna ꝑs. Si p̃mum dicunt aliqui illam ꝑtem ſuppõnere mobil'r/ ⁊ ꝓpterea non complete diſtribui. Si ſecundum/ liquidum eſt nõ eſſe ſubiectum oĩo diſtributum: ꝓut opʒ ad hoc ꝙ habeat vniuerſalem. Sed melius eſt dicere ꝙ admiſſo illo caſu nõ põt totũ diſiunctum ſumi vnice: quia iam pars habet reſolutionem ꝑ ſe diſtinctam a toto: ⁊ per ꝯñs nullo mõ diſtribuit complete: ⁊ ideo nõ habebit vniuerſalem. ¶ De tertia dicit ꝙ non poteſt cõuerti conuerſiõe ꝓprie dicta. i. in qua ex totalibus extremis fiant totalia extrema/ extremis tranſmutatis: ⁊ ſic debet intelligi qꝺ dictum ẽ in p̃ma ꝑte. Conuerſione autem impropꝛia põt ſic ꝯuerti/ omne qꝺ cõtingẽter ẽ animal/ poſſibil'r ẽ homo. Et etiam ꝯuerſione valde impropꝛia poſſunt conuerti multe ꝓpões/ q̃ ꝯmuniter dicũt non poſſe conuerti: vt iſta/ tantum hominis leo ẽ animal ꝯuertitur in hanc/ omnis homo cuius leo eſt animal ẽ homo: ſed cum iſte ꝓpoſitiones nõ ꝑticipent in extremis/ valde impropꝛie (vt dictum ẽ) dicuntur conuerti illo modo.

¶ Quarta debet ꝯuerti ſic/ quilibet angeli equus eſt equus: vt ſit acceptio vnica in ſubiecto: ſicut fuit in p̃dicato. ¶ De quinta diſtinguitur: nam vel ly incipiẽs ſumit categorematice/ vel ſincategorematice. Si primum/ cõuertitur in hãc/ omnis angelus qui eſt angelus ẽ incipiens eẽ quod eſt incipiens eẽ. Et ponunt ille implicationes/ quia quando ly incipiens ponitur ĩ ſubiecto non ampliat p̃dicatum a ly incipiens/ ſicut fit quando ponitur ly incipiens in predicato. Et ſimiliter ly incipiens ſtat pro incipiente qꝺ ẽ incipiẽs quãdo ponitur in ſubiecto. Si vero ly incipiẽs ſumat ſincategorematice/ dr̃ illam non poſſe conuerti. ¶ De ſexta dr̃/ ꝙ nõ põt hr̃e vlẽm. Patet hoc/ qꝛ tũc. l. ſubiectũ illiꝰ vl'is ſumeret vnice vel nõ vnice. Nõ p̃m/ qꝛ tũc arguendo ab vna ad reliquam arguit a nõ diſtributo ad diſtributum: vt patere poteſt exponentes exponibilis reſpiciẽti. Nec p̃mum põt dici/ cuius rõ eſt: qꝛ qñ ſubiectum ſtat confuſe i ordine ad vniuerſalitatem: que ẽ in p̃ma exponente ſi p̃dicatum tenet non vnice/ formal'r talis non vnica non equiualet vnice.. Et iſte ẽ caſus limitans quartum notabile: ⁊ propterea non poteſt cõuerti in vniuerſalem cuius ſubiectum ſumatur vnice.

¶ Septima debet ſic conuerti/ oẽ animal qꝺ aĩal ẽ ⁊ fuit/ eſt vel fuit leo.

¶ Sed contra/ quia predicatum precedit copulam/ ꝫ non oportet quod reduplicetur ipſa copula.

¶ Ad hoc negat ꝯña/ nã lʒ illud verũ ſit qñ oĩa extrema ſtãt determinate tã añtis ꝙ ꝯñtis/ nõ tñ ẽ verũ qñ ſecus fit. Et lʒ ambo extrema amplient ad ea q̃ ſunt vl' fuerunt: ſemper tamen denotatur predicatum ineſſe ⁊ infuiſſe ſubiecto/ ſecus eẽt ſi in exponibili predicatum diſtribueretur a ly omne. ¶ Octaua conuertit i hãc/ omnia animalia leo ⁊ quilibet leo ſunt: ⁊ ſumit ly leo vt ſtet ſolũ cõfuſe in ordine ad ly animalia: eo ꝙ ſic ſtabat in excluſiua. Erat. n. determiate in ordie ad ſcꝺam partem diſtributam.

## ¶ Queſtio. 43.

Circa dicta de oppoſitionibus nolo argumenta proponere: qꝛ q̃ debeãt dici ad oĩa. ferea ad oĩa ex dictis pñt haberi/ habẽdo ſemꝑ p̃ oculis exponentes ꝓpõnum oppoſitarum.

¶ Aduerte tamen circa tertiam regulam oppoſitionum que ponit generaliter ꝓ exponibilibus omnibꝰ in prima ꝑte/ ꝙ debʒ intelligi ꝺ exponentibus que cõtradictorie ſunt inter ſe ⁊ ſunt compoſite ex ſubiecto ⁊ predicato exponibilis. Et ſi non ex talibus ſaltem ex vno extremo ⁊ parte alterius extremi. Elucidat hoc in exemplo: iſte nõ contradicunt/ oẽ animal preter hominem currit: non omne animal preter hominem non currit: tamen ſecunde exponẽtes earum cõtradicunt ⁊ vna earum exponitur copulatiue ⁊ alia diſiunctiue: ⁊ tamen ſecundum regulam videbantur debere eſſe cõtradictorie. ¶ Dr̃ ergo ꝙ nõ ẽ cõtra regulã/ quia ille ſecũde exponẽtes ꝯſtituunt ſolũ ex t'is poſitis in ſubiectis exponibilium.

¶ Similiter circa aſcenſum ⁊ deſcenſum nolo ponere difficultates: videat alios libros q̃ voluerit/ qꝛ in ꝓpõnibus vbi ſunt plures difficultates ſũt pauce aut nulle vtilitates.

## ¶ Queſtio. 44.

Circa dicta de exceptiuis queritur/ an modus exponẽdi traditus in prima ꝑte ſit bñ poſitus? Et ꝓbat ꝙ non: nõ ſequit/ hõ quemlibet equum qui non eſt fauellus poſſidet: ⁊ fauellus eſt equus: ⁊ fauellum homo non poſſidet/ ergo homo quemlibet equum preter fauellum poſſidet: ⁊ tamen arguitur per regulas igitur. Quod non valeat patet. Nam in caſu quod ſolus ſortes poſſideat omnes equos mundi inter quos ſit fauellus/ antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum. Ueritas antecedentis eſt nota. Nam prima exponens verificatur ꝓ ſorte ⁊ tertia pro alio quouis homine: ſcꝺa notiſſima ẽ. Cõſequẽtis vero falſitas pʒ: quia illa propoſitio nullam habet deſcendentem veram ſub ly homo.

¶ Ad queſtionem rñdetur affirmatiue. Ad argumentum breuiter negatur minor/ oportet enim

prius deſcendere ſub termino ſtante determinate: vt i prima parte notatum eſt. Semper enim oportet habere p̄ oculis in iſtis exponibilibus/ an aliquod categorema vel ſincategorema ſit reſolubile ante ſignum exponibile vel ratione deſcẽſus vel conotationis/ vel poſitionis ineſſe/ vel alicuius alterius reſolutionis. Unde iſta propoſitio/ album incipit eſſe non debꝫ exponi/ niſi pri⁹ deſcendatur: ⁊ deſcendens que debet exponi/ debet reſolui ratione connotationis ſic/ hoc incipit eſſe ⁊ hoc eſt vel immediate poſt hoc erit hoc album ⁊cet. Et tunc maior debet exponi in qua remouetur cõnotatio Et iſti/ contingenter omnis homo p̄ter ſortem currit prius debet poni ineſſe ⁊ poſtea exponi. Et in iſtis excluſiuis/ angeli tantum equus currit: homo ⁊ tantum equus ſunt animalia: prius opꝫ deſcẽdere ſub tr̄is ſtãtibus determinate.

¶ Secundo arguitur/ non valet/ omne animal non homo eſt album: ⁊ omnis homo eſt animal/ ⁊ nullus homo eſt albus: ergo omne animal p̄ter hominem eſt album: ⁊ tamen arguit̄ per regulam: igitur. Quod non valeat pꝫ: quia antecedẽs eſt verum ⁊ ɔ̄ñs falſum: in caſu quod ſoli homines ſint nigri: ⁊ cetera animalia alba. De veritate antecedentis notum eſt: falſitas conſequentis patet: quia bene valet/ omne animal preter hominem eſt album: ergo omne animal p̄ter hominem eſt coloratum: conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedens/ ɔ̄ña tenet ab inferiori ad ſuum ſuperius: falſitas ɔ̄ñtis pꝫ ꝑ eius exponẽtes.

¶ Ad argumẽtum reſpondetur negando maiorẽ. Et ad probationem negatur ſecunda pars antecedentis: ⁊ ad probationem negatur antecedens: ⁊ ad probationem dicitur quod ab inferiori ad ſuum ſuperius negatiue: vel cum termino includente negationem conſeq̄ntia eſt nulla. Nunc liquidum eſt ly preter includere negationem. Similiter non valebit a parte diſiuncti ad totum: quia totum diſiunctum ſe h̄ꝫ vt ſuꝑius ad quamlibet ſui partem.

¶ Tertio arguitur: non ſequitur/ omnis fenix preter hunc fenicem fuit in arca noe: ergo omnis fenix alius ab iſto fenice fuit in arca noe: ⁊ hic fenix eſt fenix/ ⁊ iſte fenix non fuit in arca noe: ⁊ tamen arguit̄ per regulam igitur. ¶ Si forſan neges minorem/ eo quod ponitur ly aliud ab. ¶ Contra/ idem eſt dicere/ omnis fenix qui non eſt vel fuit iſte fenix: ⁊ omnis fenix alius ab iſto: igitur. Quod autem non teneat pꝫ/ quia antecedẽs eſt verum: ⁊ ɔ̃ſequẽs falſum: in caſu ꝙ in mundo ſit modo vnus fenix/ ⁊ omnis fenix fuerit in arca noe excepto iſto tantum. Ueritas antecedẽtis nota eſt/ falſitas conſequẽtis patet per falſitatem ſue prime exponentis: cuius falſitas pꝫ ꝑ falſitatẽ ſue de ineſſe: quia eſt affirmatiua de ſubiecto non ſupponente/ eo quod tunc non erat fenix qui modo eſt/ ⁊ ei q̄d nõ eſt/ nihil eſt idem vel diuerſum: vt philoſophus inquit.

¶ Ad argumentum dicuntur duo. Primum ẽ/ quod ſi ly alius ſumatur proprie: vt requirit exiſtentiam extremorum inter que ponitur diuerſitas non bene exponitur/ ſed debet ſumi large/ aut poni terminus contradictorius/ alioquin argueretur a termino ſupponẽte ad non ſupponentem.

¶ Secundum eſt/ quod etiam ſecluſo illo defectu reſtat alius: ſcilicet quia arguitur a magis amplo ad minus amplum ex p̄te p̄tis extracapte. Nam in antecedẽte ſtat pro preteritis ⁊ pro preſentibus ⁊ in conſequẽte pro preſentibus tantum. Unde oportet dicere/ ⁊ hic fenix eſt/ vel fuit fenix. Unde in exceptiuis exponendis in terminis ampliatis oportet aſpicere ampliationem ⁊ appellationem terminorum diligenter/ preſertim cum termin⁹ q̄ ponitur pro predicato in ſecunda exponente ponatur in exponibili in ſubiecto. Et ſi teneas vel admittas negationem infinitantem non infinitare ſecũdum exigentiam contradictionis/ oportet te ampliationem explicare in termino infinitato. Unde huius propoſitionis/ omne album preter ſortem eſt ⁊ fuit nigrum: prima exponens erit: omne album non ſortes qui eſt vel fuit ſortes ẽ ⁊ fuit nigrũ: ⁊ ſecunda erit/ ſortes eſt vel fuit albus: ⁊ tertia/ ſortes non eſt ⁊ fuit nigrum. Nam tertia exponens debet eſſe contradictoria prime quoad copulam ⁊ predicatum/ ita quod ex parte copule ⁊ predicati ſeruentur omnes cõditiones contradictionis. Et ſic pꝫ ꝙ hec propoſitio/ omne ens p̄ter creaturam neceſſario eſt ens/ debet ſic exponi/ omne ens non creatura neceſſario ẽ ens: ⁊ oīs creatura poſſibiliter ẽ ens: ⁊ omnis creatura poſſibilr̄ non eſt ens: vel (quod idem eſt) ⁊ nulla creatura neceſſario eſt ens.

¶ Quarto non ſequitur/ omnis homo non ſortes videt ſe: ⁊ ſortes eſt homo/ ⁊ ſortes non videt ſe ergo omnis homo preter ſortem videt ſe: ⁊ tamen arguitur per regulas: igitur. Quod non ſequatur patet: quia poteſt dari antecedens verum ⁊ conſequens falſum/ in caſu ſcilicet quod ſortes non videat ſeipſum/ ſed alios hoīes: ⁊ q̄libꝫ alius hõ a ſorte videat ſe. ¶ Pro huius ſolutione ſciendum eſt/ ꝙ illa ꝓpoſitio poteſt habere duplicem ſenſum ſecũdum quod ly ſe poteſt referre ly videns/ vel ly homo/ vel ly ſortem/ Primus ſenſus ex ſe liquet. Secũdus eſt iſte/ omnis homo nõ ſortes videt hominem. Si fingamus deſcẽſum ſimul ⁊ ſemel ſub ſubiecto ⁊ predicato. Tertius eſt iſte/ omnis homo preter ſortem videt ſortem: ſed iſte eſt improprius ⁊ ineptus. Ideo illo omiſſo dicitur/ ꝙ ſi ly ſe referat ly videns propoſitio eſt vera indubitãter apud omnes. Si vero ly ſe referat ly homo eſt duplex modus dicẽdi. ¶ Prim⁹ dicit duo. Unum eſt ꝙ ly homo reſtringitur pro hominibus aliis a ſorte: q̄a ponitur ꝙ omnis terminus a quo fit exceptio reſtringitur per dictionem exceptiuam ⁊ partem extracaptã. ¶ Secundum eſt: ꝙ tertia exponẽs debet eẽ iſta/ ſortes nõ videt hominẽ que falſa ẽ in illo caſu: ⁊ ſic negat̄ minor argumẽti. ¶ Secundus modus dicẽdi ponit alia duo ſupradictis aduerſa. ¶ Primũ ẽ/ ꝙ ly hõ nõ reſtringit̄ ſed abſolute ſtat ꝓ oībus: quod ꝑſuadet̄ a ſic dicẽtibus hac ratione. Dictio exceptiua non excipit (vt videtur) ſuppoſitum partis extracapte a ſuppoſitis termini a quo fit exceptio denotãdo ꝙ talis terminus non ſupponat pro tali ſuppoſito/ ſed excipit illum ab aliis tãquam id cui nõ ɔuenit predicatum ſicut ceteris. ¶ Secundum quod ponit hic dicendi modus eſt/ quod propoſitio bene exponitur prout expoſita eſt dũ tñ li ſe ĩ tertia exponẽte referat li hõ abſolute. Sed hec duo dicta inſequũt̄ duo dubia.

¶ Alterum eſt/ quia difficile intellectu videtur dicere ꝙ dictio exceptiua excipiat ſuppoſitum partis extracapte a ſuppoſitis termini a quo fit exceptio nõ quoad ſuppoſitionẽ: ſed quoad hoc ꝙ nõ cõueniat ſibi p̄dicatũ cum aliis. Quod ſic explanat̄. Si ille terminus homo ſupponit ꝓ oibus hominib⁹/ ḡ accipit̄ ꝓ omnibus ergo ꝓ ſorte q̄ excipit̄/ ḡ vnit̄ ꝓ ſorte cũ predicato mediante illa copula/ eſt/ ergo talis ꝓpoſitio eſt falſa ⁊ omnis exceptiua mundi ſimilr̄: ɔ̃ſequẽs

non eſt dicẽdum: ergo nec añs. Prima cõſequentia tenet ab inferiori ⁊c. Scđa a ſupori. ⁊c. Tertia a diffinito ad diffinitionem ꝑ doctorem cuius ſunt hec dicta. Ipſe enim diffinit ſic acceptionem. Acceptio eſt vnio vniꝰ termini cum alio mediante verbo: ſed ibi non eſt aliud verbum niſi ly eſt. Si ergo ly homo ſupponit ꝓ omnibꝰ hominibus abſolute ꝓ omnibus vnitur abſolute ⁊ nõ vnit per ipſummet: quia excipit ab aliis reſpectu vnionis eorum cum predicato: ſi ergo cum aliis non vnit cum predicato reſpectu de ly homo nõ ſupponit pro eo: ⁊ ſic talis propoſitio ⁊ oĩs alia exceptiua erit falſa: quia ad eius veritatem requiruntur impoſſibilia. ſ. ꝙ predicatum conueniat omnibus ſuppoſitis ſubiecti ⁊ quod non cõueniat alicui vel aliquibus eorum. Amplius non poteſt intellectꝰ excipere aliquid ab aliqua multitudine: niſi prius ad minus natura intelligat illam multitudinem. Si ergo ly homo diſtribuit abſolute/ opꝫ vt prius natura intelligat vnam propoſitionẽ falſam: ſi debet formare vnam exceptiuã verã/ cõſeqñs eſt falſum/ ergo ⁊ añs. Conſequentia tenet/ quia ſi ly homo diſtribuit abſolute/ hoc debet eſſe reſpectu predicati ergo prius natura intelligo hanc falſam/ omnis homo videt ſe ꝙ̃ illam exceptiuam: Conſequẽtis falſitas pꝫ: tum ꝑ experientiam/ tum qꝛ formare exceptiuam eſſet formare hãc ꝓpoſitionem virtualr. ſ. omnis homo videt ſe: ⁊ ſortes non videt ſe. Rationabilius ꝙ̃ mihi videtur poſſe dici talem terminum reſtringi quoad ſuppoſitionem/ licet quoad ſignificationem ⁊ acceptionem ſtet pro omnibus/ non tamen eſt diffinienda acceptio vt diffinita eſt hic/ ſed vt dictum fuit in prima parte.

¶ **Dubium ſecundum eſt: quia ſecundũ hoc** videt quod tũc non omnis propoſitio in p̃te vera ⁊ i p̃te falſa poſſet reddi vera/ excipiẽdo ſuppoſita ꝓ qbꝰ reddit falſa. Cõſeqñẽtia tenet/ qꝛ in caſu poſito illa ꝓpoſitio/ omnis homo videt ſe ẽ i p̃te vera ⁊ i p̃te falſa ⁊ excepto ſorte ꝓ q̃ reddebat falſa remanet falſa: vt patuit ꝑ eius tertiam exponentem.

¶ Ad hoc dubium quod mouet a doctore cuius eſt opinio hec reſpondet ipſemet dupliciter. Primo concedendo ꝯñs: dicens illud non eſſe inconueniẽs. Secũdo dicit illam poſſe fieri veram excipiẽdo ſortem. Sed tunc (vt dicit) oportet ly ſe referat ly ſortes ẽ i tertia exponẽte: ita vt ſenſus ſit/ ſortes non videt ſortem: que vera eſt in caſu dicto. Perſuadetq; hoc/ eo ꝙ abſq; defectu equiuocationis poteſt fieri vt relatiuum reciprocum referat id quod ſubſumitur ſub eius antecedẽte/ eo quod tale antecedens referat ſigillatim. Et confirmat hoc per bonitatem huius conſequẽtie/ omnis homo videt ſe: ſortes eſt homo: ergo ſortes videt ſe: dato ꝙ in cõſequẽte ly ſe referat ly ſortes. Et vr mihi in hac ſolutione ſcđa optime dicere: ⁊ ſic tenẽdũ ẽ. Aduertẽdum tamen conſequentiam illam confirmationis nõ eſſe ſillogiſticam/ licet ſit bona/ quia arguitur in q̃tuor terminis/ ſed ẽ conſequentia tenẽs per reſolutionem relatiui.

¶ Sed hic argues cõtra/ qꝛ ſi iſta ſolutio eſt tenenda ſimilr̃ debet teneri quod ly homo non reſtringit i p̃fata exceptiua/ ꝯñs ẽ contra p̃dicta/ ꝙ̃ hec ſolutio eſt nulla. Cõſequẽtia tenet qꝛ ideo dicit ly ſe in tertia exponẽte debere referre ly ſortes/ qꝛ ꝓ illo ſupponebat tr̃s a quo fit exceptio.

¶ Ad hoc negat cõſequẽtia/ ⁊ lꝫ illa ſit rõ ſcđm prefatam opinionem: non tamen eſt neceſſaria volentibꝰ oppoſitũ tenere. Et rõ/ eſt quia illa vlis eſt falſa. ſ. omnis hõ videt ſe ſi ly ſe ðnotet ſigillationẽ ⁊ reciprocationẽ omnium ſuorum ſuppoſitorum/ quorum vnum ẽ ſortes. Vnde ſi debeo excipere partem falſam debeo excipere hanc ſingularem/ iſte homo videt ſe ſignato ſorte/ que equiualet huic/ ſortes videt ſe. Et ſic excipiendo concedo talem vniuerſalem poſſe fieri veram: alioquin non erit poſſibile: qꝛ alias non poteſt excipi ꝑs ꝓ qua reddatur vera. Sed queres/ quando ergo dicit/ omnis homo preter ſortem videt ſe quid referat ly ſe? Reſpondetur quod in iſto ſenſu refert ly homo reſtrictum ⁊ ly ſortem ſimul virtualiter ⁊ eminenter. Nam ſicut dicendo/ omnis homo preter ſortẽ currit: ibi virtualiter ⁊ eminenter ſunt plures propoſitiones ⁊ copule diuerſe qualitatis: ita ibi virtualiter ſunt plures relationes ⁊ reciprocationes. Et ſicut in hac propoſitione/ omnis homo eſt ipſemet: ly ipſemet dicit tot relationes quot ſunt hoĩum ſuppoſita. Et i hac/ oĩs hõ vr ſortes ẽ ipſemet/ ly ipſemet poteſt vtramque partem referre ſimul: ita poteſt ly ipſemet referre ly hõ ⁊ ly ſortẽ in exceptiua.

¶ **Quinto arguitur/ non valet/ omnis ho**mo preter ſortem ⁊ platonem eſt currens: ergo omnis homo non ſortes ⁊ plato eſt currens: ⁊ ſortes ⁊ plato eſt homo/ ⁊ ſortes ⁊ plato non currit/ ⁊ tamen arguit per regulas igitur ⁊c. Quod non valeat patet/ quia in caſu quo ſint tres homines: duo ſcilicet dicti cum tullio: antecedens eſt verum (vt videtur) ⁊ cõſequens falſum: in caſu quo ſolus tullius currat. Falſitas conſequentis patet/ bene valet/ omnis homo non ſortes ⁊ plato eſt currens/ ſortes eſt homo non ſortes ⁊ plato/ ergo ſortes currit/ ꝯñs ẽ falſum: nõ minor/ ꝙ̃ a. ⁊ illa ẽ ꝑs conſequentis/ ꝙ̃.

¶ Ad argumentum diſtinguitur de illo copulato: qđ eſt pars extracapta/ quia vel ly ⁊/ ſumitur complexiue/ ⁊ tunc dicitur quod exceptio eſt inepta: vel oportet ly homo ⁊ ly currit ⁊ ly eſt abſolui a numero vt ſaltem ly eſt vt poſſit exponi ſic/ omnis homo non ſortes ⁊ plato eſt currens: ⁊ ſortes ⁊ plato ſunt homo/ ⁊ ſortes ⁊ plato non ſunt currentes. Et ſi omnia abſoluerentur a numero in ſecunda deberet dici/ ſunt homines: ⁊ in tertia non ſunt currentes. Sed hoc eſt mere gratis loqui. Quo tamen admiſſo/ dicitur antecedens eſſe falſum ſicut prima exponens/ ⁊ poteſt eodem modo probari. Si vero ly ⁊/ ſumatur diuiſiue poteſt habere duos ſenſus. Alter erit iſte/ omnis homo preter platonem/ ⁊ omnis homo preter ſortem eſt currens: ⁊ tunc propoſitio eſt impoſſibilis/ vt probat copulatiua ad quam prius debet reduci. Sed hic ſenſus ſimiliter non plurimum illi congruit. Alter ſenſus erit in quo denotetur quod omnis homo de quo negatur ſortes/ ⁊ de quo negatur etiam plato currat/ ipſis duobus non currentibus: qui ſenſus exactius notificatur per hanc/ omnis homo preter alterum iſtorum eſt currens/ ſignatis ſorte ⁊ platone: ⁊ tunc poteſt exponi vt expoſita eſt ſumpto ly ⁊ in prima exponente diuiſiue vt dicatur ſic/ omnis homo qui non eſt ſortes ⁊ qui non eſt plato eſt currens. Et illa propoſitio dicta debet ſic exponi/ omnis homo qui non eſt alter iſtorum currit: ⁊ vterque iſtoꝝ eſt hõ: ⁊ vterq; iſtorum non currit.

¶ **Sexto arguitur/ non ſequitur/ vterq; ho**mo nõ ſortes currit: ⁊ ſortes ẽ homo: ⁊ ſortes nõ currit ergo vterq; homo p̃ter ſortem currit: ⁊ tamẽ arguit ꝑ regulas: igit ⁊c. Quod nõ ſequat pꝫ: qꝛ añs ẽ verum ⁊ ꝯñs falſum: in caſu quo ſint tres homines/ quorũ duo

currat/ ⁊ tertius qui ſit ſortes nõ currat. De verita-
te añtis eſt notum: falſitas ꝯñtis pꝫ: hec ē vera in illo caſu/ vterqꝫ hõ currit/ ꝗ illa exceptiua ē falſa. Añs eſt notũ: ⁊ ꝯñs pꝫ: qꝛ exceptiua ⁊ ſua vlis nõ pñt ſtare ſimul in veritate.

¶ Ad hoc argumẽtum ē duplex dicẽdi modꝰ. Quidã enim dicũt ꝓpoſitionem eē bene expoſitam ⁊ negant falſitatem ꝯñtis. Et ad ꝓbationem negãt ꝯñam: ⁊ ad ꝓbationem dicũt illud eē verum quãdo diſtributio ē completa nõ autem quando incompleta/ quia tũc (vt dicũt) non inconuenit exceptiuam ⁊ vniuerſalem ſtare ſimul in veritate. Et idem dicũt de hac/ omne animal ꝑter ſortem fuit in arca noe. Alij negãt eam eē bñe expoſitam: ⁊ aſſignant hanc ꝓ ſecunda exponẽte/ ſortes alter homo eſt: Et in iſta vltima hãc. ſ. ſortes aliquod animal eſt/ ſumpto ly aliquod incomplete: ⁊ ſic dicũt exceptiuam eſſe falſam nec poſſe ſtare in veritate cum vniuerſali. Sed neutrum dictum videt̃ mihi efficax. Non primum/ repugnat enim modo intelligendi aliquam vniuerſalem eſſe veram: ⁊ eo modo quo eſt vniuerſalis habere ſingularem falſam: ꝑ cuius excluſionẽ reddat̃ vera. Nam tũc conſtat non requiri veritatẽ illius ſingularis copulatiue ad veritatem talis vniuerſalis. Non ſecundum/ quia arguendo ab exponibili ad exponentem argueret̃ a non diſtributo ad diſtributũ. vel ſaltem a minori diſtributione ad maiorem. Liquet enim ly alter vlius diſtribuere ꝙ̃ ly vterqꝫ: lꝫ vocet̃ ſignum particulare.

¶ Igit̃ videt̃ mihi dicẽdum talem ꝓpoſitionem priꝰ reſoluendã ratiõe particularitatis incluſe in ly vterqꝫ ⁊ poſtea poterit exponi: reſoluet̃ autem ſic/ vterqꝫ homo iſtorum ꝑter ſortem currit/ ſignatis duobus hominibus: vel vterqꝫ homo iſtorum ꝑter ſortem currit/ ſignatis aliis duobus: ⁊ ſic de omnibus binariis: ⁊ tũc aſſumpta reſoluẽte vera poterit ſic exponi/ vterqꝫ hõ iſtoꝝ duorum quoꝝ neuter eſt ſortes currit: ⁊ ſortes ē homo: ⁊ ſortes nõ currit. Ducor aũt ad dicendum hoc ꝓpterea ꝙ terminꝰ ſtãs determinate ſiue ſit categorema ſiue non/ opꝫ ꝑus reſolui: alioquin nõ erit neceſſe exponibilẽ ⁊ exponẽtem verificari ꝓ eodẽ. Nũc aũt liꝗt in ly vterqꝫ claudi ly vl' ſtans determinate. Sed tũc remanet difficultas de illa/ omne animal ꝑter ſortem fuit in arca noe. Non enim videt̃ poſſe reſolui: ita ꝙ remaneat vlitas aliqua a qua fiat exceptio. Nam primo debemus ſignare ſpecies copulatiue ꝙ̃ indiuidua diſiunctiue: ⁊ ſi hoc fiat/ nullum remanebit ſignum vle cõſtituens exceptiuam. Ob hoc igitur dicẽdum ꝙ in talibus non ē neceſſe priꝰ ꝓpõnes reſolui/ ſed debent immediate exponi: dum tamẽ in ſcđa exponẽte ponatur ĩ ꝑdicato aliquod ſignum denotãs ꝑtem extra captam eſſe ſpeciem vnam illarum ꝓ quibꝰ ſubiectum poterat diſtribui ſi non exciperet̃. Et rõ eſt/ quia ſolum ibi ſpecies ſtant diſtributiue ⁊ nõ eius indiuidua. Ũñ ſi exceptio dꝫ eē apta/ opꝫ ꝙ exceptio fiat a multitudine ſpẽꝝ non indiuiduorum ſub vna ſpecie: q̃a talia indiuidua ſtãt determinate. Unde ꝑdicta ꝓpoſitio debꝫ ſic exponi/ omne animal non ſortes fuit in arca noe: ⁊ ſortes ē vl' fuit. b. animal: ⁊ ſortes nõ fuit ĩ arca noe: ⁊ ſenſus ſcđe exponẽtis debꝫ eſſe iſte/ ſortes ē vl' fuit ſpecies animalis. In preſenti autem non ē determinandum quid ſit ſpẽs: vl' quid nõ. Hoc enim nõ refert ad bonitatem vel malitiam ꝯñe: de qua loquimur in ꝓpoſito.

¶ Scđo arguitur/ nõ tenet/ omne animal ꝑter hominem ē vel non ē ens/ ergo omne animal nõ homo ē vel nõ ē ens: ⁊ omnis homo eſt animal: ⁊ nullꝰ homo ē vel nõ ē ens: ⁊ tamẽ arguit̃ ꝑ regulam dictam igit̃. Et ꝙ non ſequat̃ pꝫ: quia añs ē verum ⁊ non ꝯñs. Falſitas ꝯñtis pꝫ ex falſitate tertie exponentis. Ueritas añtis pꝫ. Bene valet/ omne animal ē vel nõ ē ens/ ergo omne animal ꝑter hominem ē vel non ē ens. Antecedẽs ē verum ergo ⁊ ꝯñs. Cõſequẽtia vero tenet a ſuperiori ad ſuum inferius. Et ſi dicas cõſtantiam requiri/ ponat̃ ſic: ⁊ homo eſt. Nam etiam tunc totum antecedens eſt verum.

¶ Ad argumẽtum negat̃ maior: ⁊ ad ꝓbationem negat̃ añs. Et ad ꝓbationem negat̃ ꝯña. Ũñ ſicut non valet ab inferiori ad ſuum ſuperiꝰ in iſtis exceptiuis/ ita nec ecõtra. Immo dicit̃ ꝙ non ſolum arguit̃ a ſuperiori ad ſuum inferiꝰ/ ſed ⁊ ab vna cõtradictoria ad aliam: vt pꝫ in hac ꝯña omnis homo currit/ ergo omnis homo ꝑter ſortem currit. Nam ad veritatem ꝯñtis non ſolum requirit̃ ꝙ omnis homo qui nõ ē ſortes curat ſed etiam requirit̃ ꝙ ſortes ſit homo ⁊ nõ currat: ⁊ ꝑ ꝯñs requirit veritatem huius/ aliquis homo non currit. Nam bene valet/ ſortes non currit: ⁊ ſortes eſt homo ergo homo non currit. Et hoc ꝯñs contradicit primo antecedenti illi. ſ. ꝓpõni/ omnis homo currit igitur.

¶ Septimo arguitur/ non valet/ omne animal nõ homo eſt irrationale: ⁊ omnis homo ē animal ⁊ nullus homo ē irrationalis/ ergo omne animal preter hominem ē irratiõale: ⁊ tamen arguit̃ per regulas igit̃. Quod nõ valeat patet: quia rebꝰ vt nunc dat̃ añs verum ⁊ ꝯñs falſum: Ueritas añtis ē nota: falſitas cõſequẽtis pꝫ: qꝛ bñ valet/ omne animal ꝑter hominem ē irrationale: ergo omne animal ꝑter hominem omne irrõnale eſt: ꝯñs ē falſum: ergo ⁊ añs. Falſitas ꝯñtis pꝫ ꝑ ꝑme exponẽtis falſitatẽ. Cõſequẽtia vero tenet a nõ diſtributo ad diſtributum. Forſan diſtingues ſic/ vel ex parte vltimarum exponentium ⁊ ſic ꝯcedo: vel ex parte primarum ⁊ ſic negat̃: immo argꝰ a nõ diſtributo ad diſtributum.

¶ Sed cõtra/ ergo iſta ꝯña eſſet nulla/ omne animal ꝑter hominem omne irrationale eſt: ergo omne animal ꝑter hominem ē irrationale. Cõſequẽs ē falſum: ergo ⁊ añs. Cõſequẽtia ē nota: quia arguit ibi a nõ diſtributo ad diſtributum ex ꝑte vltimarum exponentium. Dices forte hoc nõ eſſe incõuenientẽs. ſ. ꝙ ſic arguat̃ ex ꝑte vltimarum exponentium: ſed bene quãdo arguit̃ ex parte primarum. Contra/ hec ꝯña ē nulla/ omne animal preter hominem cuiuſlibet angeli animal ē/ ergo omne animal ꝑter hominem ē angeli al': ꝓpter ꝑdictum defectum: igit̃ ſolutio nulla. Nec refert dicere hoc eē quia ꝑdicatũ ē t'ẽs complexꝰ: qꝛ ꝑdicta ꝯña eſſet bona: ſi q̃libet pars ꝑdicati fuiſſet in añte diſtributa. Quod autẽ hoc poſito nõ valeat pꝫ: qꝛ ĩ caſu ꝗ q̃libꝫ angelꝰ poſſideat oĩa aĩalia excepto hoĩe ꝗ a michaele poſſideat̃: añs ē veri ⁊ ꝯñs falſum.

¶ Ad argumẽtum negat̃ maior: ⁊ ad ꝓbationem negatur maior. Et ad probationem negat̃ cõſequentia. Pro cuius notitia ⁊ replicarum omnium ſolutiõe ponuntur regule he.

¶ Prima. A ꝓpoſitione exceptiua primi ordinis cuius totale predicatum diſtribuit̃ in prima exponente ad ꝓpoſitionem eiuſdem ordinis: in qua nec predicatum totale: nec aliqua eius ꝑs diſtribuit̃ in eius ꝑma exponẽte: ꝯña eſt optima ſed nõ ecõtra. Ratio huius ē quia tũc talis exponẽs nõ poterit eē vera/ niſi ꝓ vnico tantum ſuppoſito. Unde nõ refert tale predicatum in vltima exponẽte diſtribui vel non diſtribui. Et ob hoc vltima exponẽs ꝓpoſitionis in qua predicatum ē

prima exponēte diſtribuiť infert vltimam exponētem ꝓpoſitionis exponibilis/in cuius prima exponēte ꝑdicatum nō diſtribuiť. Patet/q2 ſi nō inferret eēt ob defectum dictū:ſed ille non impedit:q2 nō refert tūc talē t'ſm diſtribui vel nō diſtribui/igiť. ¶ Secundo poteſt ſic ꝓbari:hec ꝓpō/omne animal p̃ter hominē om currēs eſt/infert omnes exponētes huius.ſ.omne animal preter hominem ē currēs·ergo infert ipſam exponibilem. Cōſequētia ē nota:⁊ añs ꝓbať/quia illa ꝓpō infert hāc ſuam primam exponētem/omne animal nō homo ē currēs eſt: ⁊ hec infert vnam in ꝗ predicatum non diſtribuiť:⁊ illa eſt prima exponēs ꝯñtis. In ſecūdis exponētib' nulla differētia ē inter ābas exponibiles. Quod vero prima exponibilis inferat tertiam exponētem ꝯñtis p3 ſeqť bñ/oē aľ nō hō omne currens ē:ergo omne currēs eſt animal non homo ꝑ cōuerſionē. Vltra/ergo omne currēs ē non homo. Vlterius/ergo nullum currēs eſt homo. Deinde/ergo nullus homo eſt currēs:ergo de primo ad vltimum/omne aīal non homo omne currēs ē:ergo nullus homo ē currēs/⁊ antecedēs ē p̃ma exponēs prime exponibilis:⁊ ꝯñs ē p̃ma exponens ſecunde:igiť.

¶ Scđa regula. A ꝓpōne p̃mi ordinis in cuius prima exponēte vna ps ꝑdicati diſtribuiť ⁊ nō alia ad ꝓpoſitionem primi ordinis:in cuius prima exponente ꝑdicatum non diſtribuiť/cōſequētia ē nulla: nec econtra. Exemplum haberi poteſt ex replica ſuprapoſita d' predicato complexo. Et hec regula intelligitur niſi forſan antecedens ſit impoſſibile formaliter vel conſeqñs neceſſarium/tenendo aliquid horum ſufficere ad conſequentie bonitatem.

¶ Queſtio. 45

Circa ea que dicta ſunt de reduplicatiuis/queritur an bene dicta ſint? Et videť ꝙ non:q2 nō valet/chriſtus inquantum homo ē creatura:ergo chriſtus eſt creatura:⁊ chriſtus eſt hō:⁊ omnis hō eſt creatura:⁊ ſi alicꝗd eſt hō illud ē creatura:⁊ tamen arguiť ſecūdum regulas igiť. Quod non valeat p3:q2 antecedēs ē verum ⁊ ꝯñs falſum. Veritas añtis p3 ex D.S. tertia.p.q.16.ar.10.⁊ tertio ſen. diſt. 4.ar.10.⁊.11. Falſitas ꝯſequētis p3/exponētes ſunt falſe:vt liq3 ex. D.S. in eadē. 5.p.q. ꝑdicta ar.8.⁊ in ſcriptis locis ſupradictis/⁊c.

¶ Ad queſtionem reſpondetur affirmatiue

Pro cuius ſolutione op3 meminiſſe eorum que in p̃ma pte huius tractatus diximus/inter ꝗ dictum fuit dictionem reduplicatiuam multipliciter ſumi/ſed in ꝓpoſito tantum referam tres eius acceptiones aſſignādo differētiam communiter poſitam inter eas. Dicitur ergo ly/ſecundum ꝙ ceteraꝗ3 id genus ſigna reduplicatiua poſſe ſumi tripľr.ſ.reduplicatiue/ſpecificatiue/⁊ diminutiue. Et differentia eſt. Nam quādo ſumitur reduplicatiue/op3 primo predicatum conuenire ſubiecto. Scđo op3 terminum reduplicatum importare cauſam vel rōnem conueniētie ꝑdicati cū ſubiecto:vel ſaltem concomitantiam rei reduplicate ⁊ predicati Tertio requiritur ſubiectum dici de termino reduplicato vniuerſaľr. Quarto requiriť vnam conditionalem vel cauſalem eſſe veram:ꝓut ex dictis in prima parte huius tractatus liquet. Quando vero teneť ſpecificatiue:non requiruntur omnia hec. Sed oportet:primo ꝑdicatum competere ſubiecto. Secundo ꝙ terminus ſpecificatus importet conceptum/vel rationem/vel cauſam/vel principium quo mediante predicatum conuenit ſubiecto. Unde hec propoſitio/ſortes inquantum veniens ē cognitus a me eſt vera: cui' veritas nō requirit omne veniens eē ſortem: nec ꝙ ſi aliquid venerit ſit cognitum a me:Similiter ſi dicā deus inquantum immutabilis ē etern' dať intelligi ꝙ immutabilitas ſit ratio qua deo ꝯueniat eternitas.

¶ Aduertēdum tamen aliquas eſſe ꝓpōnes veras in vtroꝗ3 ſenſu.ſ.reduplicatiuo ⁊ ſpecificatiuo: ⁊ in talibus nō apparet differētia ꝑdicta ſicut in aliis. Vñ ob hoc nō ſequiť hos ſenſus coincidere/niſi accidentaľr vel materiaľr. ¶ Qñ vero tales dictiones ſumūť diminutiue/tūc op3 vt illud qđ diciť cum illis dictionibus nō poſſet dici abſꝗ3 illis ea rōne ad min' ꝗ dť cū illis dictionib'. Vñ hec ē vera/ethiops ē alb' ſcđm dētes preiacente exiſtente falſa.

¶ His prehabitis dicitur quod hic ē duplex dicendi modus.

¶ Quidam enim dicunt illam ꝓpoſitionem eſſe veram in ſenſu in quo capiť ly inquātum diminutiue: licet dicāt in hoc ſenſu nō eſſe ꝓpriam locutionem Sed ꝓprius diceret ſic/xp̃s ē creatura ſcđm humanitatē: ſicut dicimus/ethiops eſt alb' ſecūdum dentes:⁊ non ſecūdum qđ dens/nihilominus dicūt ꝙ ſi ſumať vna vice alterius poteſt concedi vera. Si vero talis ꝓpoſitio ſumať in ſenſu ſpecificatiuo vel reduplicatiuo dicunt eam eſſe falſam. Et ſic ſecundum hunc modum dicendi nulla eſt difficultas in argumento:vt p3 ex diſtinctione data.

¶ Alius eſt modus dicēdi/tenēs ꝑfatam ꝓpoſitionē etiam in ſenſu reduplicatiuo eē veram/quod difficile eſt ſuſtinere:immo impoſſibile ſecūdum regulas communes logicorum:vt p3 ex argumento facto. Verum q2 modus hic dicendi colligiť ex doctrina. D.S. locis ſupra allegatis:⁊ reuerē. cardinalis cayet. ſuſtinet illum cōtra ſcotum/op3 ne communes regule infringātur ſed ſtētin veritate cū veridica doctrina. D.S. ſub diſtinguere ſenſum reduplicatiuum.

¶ Pro quo ſciēdum eſt primo ſumi differentiam inter ſenſum replicatiuum/⁊ ſpecificatiuum/⁊ diminutum in ꝑfatis dictionib' ex pteexponentium:eo modo quo communiter fit. Nam liquidum eſt prius reperiri differentiam inter exponibiles diuerſas ꝙ inter earum exponētes/⁊ ideo nō q2 exponētes differūt/differunt exponibiles ꝓpoſitiones ſed econtra/l3 apud aliquos prius cognoſcať diuerſitas exponentium ꝙ exponibilium/ſed hoc oriť ex debilitate intellectus. Ille enim qui primo expoſitionem inuenit prius intellexit exponibilium differentiam ꝙ exponentes diuerſas aſſignaret.

¶ Sciendum ſecūdo/ꝙ eſt differētia inter reduplicatiuam ⁊ ſpecificatiuam ꝓpoſitionem/quia reduplicatiua importat cauſam inherētie predicati ad ſubiectum taľr quod cōſtituať vna cauſalis vera/vel vna conditionalis ſi dicat cōcomitātiam. Specificatiua vero/licet aliquando cōueniat cum reduplicatiua in hoc ꝙ im portet cauſam vel principiū/nō tamē ꝙ cauſalis vľ cōditionalis ſit vera. Nā iſta eſt vera ſpecificatiue/homo inquantum habet liberum arbitrium peccat/falſa autem reduplicatiue. Similľr hec/ſortes inquantum veniens eſt cognitus a me ē vera ſpecificatiue/⁊ nō reduplicatiue. Si dicas ſi in ambab' poteſt importari cauſa/quare vtrobiꝗ3 cauſalis non erit vera?

¶ Ad hoc reſpondeť ꝙ quia nō omnis cauſalitas ſufficit ad conſtituendam cauſalem veram ſecundum ꝙ ponitur ꝑ quarta exponente reduplicatiue/ſed op3 ꝙ ſit cauſalitas ꝑſe ⁊ talis ꝙ ipſa poſita neceſſario po



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

natur effect⁹. Et iſto modo ſumitur in reduplicatiuis.
Et ſi dicat concomitantiam/ opꝫ eſſe concomitãtiam
neceſſariã. ¶ Diminutiua vero dictio poteſt ſumi du
pliciter. Uno mõ ꝓprie: ⁊ ſic debet duo habere. Pri-
mum eſt/ ꝙ mediante ipſa dicatur aliquid ꝺ aliquo: qꝺ
ſine ipſa nõ diceret. Scðm eſt/ vt nõ importet cauſam
neceſſariam illius quod dicit ꝺ alio: vt ſi dicam/ ſortes
ſecũdum pedes eſt ſanus poteſt eẽ vera in caſu quo ſo
lum habeat pedes ſanos/ non tamẽ e verum ꝙ ſi ſortes
habet pedes: ideo ſit ſanus vel ꝙ pedes ſint cauſa ne-
ceſſaria ſanitatis: nec pedes ⁊ ſanitas neceſſario ſe cõ-
comitant. Alio modo poteſt ſumi improprie ſeu large
⁊ tunc ſufficit aliquid dici ꝺ illa qꝺ ſine ea non diceret
⁊ vltra debet importare cauſalitatem neceſſariam: aut
neceſſariam concomitantiam. Et iſto modo dictio di-
minutiua eſt etiam reduplicatiua/ vt pꝫ in hac ꝓpõne
peccatum inquantum eſt actus eſt a deo: in qua ly in-
quãtum non tenet diminutiue ꝓprie: quia ly act⁹ po
nitur in eius diffinitione: ⁊ ꝑ ꝯñs nõ diminuit ratione
peccati: ſicut quãdo dicit homo mortuus vel homo pi
ctus: nec ſimilr tenet ſpecificatiue/ qꝛ actum eſſe ⁊ eẽ a
deo conſtituit cõditionalem neceſſariam. Si enim ali
quid eſt actus illud e a deo: loquor de actu finito/ quia
ipſemet deus eſt actus infinitus/ ergo a ſufficiente di-
uiſione/ ibi ly inquãtũ tenet reduplicatiue: cuius tñ ꝑ
iacẽs e falſa. ſ. peccatum e a deo: vt patuit in. q. ſupra po
ſita. Nam (vt dictum fuit) peccatum duo formalr dicit
ſcilicet entitatem ⁊ deformitatem in vno actu morali ſi
cut xp̄s formalr dicit diuinitatem ⁊ humanitatem in
vno ſuppoſito diuino. Et ſi neget peccatum illa duo ſic
dicere/ põt ꝓbari ex ſupradictis. Et arguat ꝺ hac/ phia
la inquantum eſt argẽtum e a natura: in qua ly inquã
tum tenet reduplicatiue ⁊ ꝑiacens e falſa. ſ. phiala eſt a
natura: cum ſit cõtra philoſophum: ⁊ cõtra communẽ
ſenſum ſapientum ⁊ inſipientum hominum. Si enim
illa eſſet vera ⁊ iſta eſſet/ phiala eſt res naturalis: ⁊ iſta
domus e quid factum a natura: quas ſi aliquis ꝓter-
ue ꝓcederet/ poſſet cõtra ipſum argui/ imponendo ly
phiala talia nomina ad ſignificandum ſicut dictum e
ea ſignificare. ſ. ꝙ ly phiala ſignificet vnum quid i ge-
nere artificij compoſitum ex ligno ⁊ figura: ⁊ ly pecca
tum vnum quid in genere morum: ſicut ly ſacramẽtũ
ſignificat vnum quid in genere ſigni vł cauſe. ſ. cõpo-
ſitum ex verbis ⁊ rebus: ꝓut dicit. D. S. in quarto. d.
prima. q. vnica. art. tertio: ad primum vbi dicit ſacra-
mentum vnum quid ſignificare.

¶ Dicitur ergo reſolutorie dictionem redu
plicatiuam ſumi dupl̄r. Quedam e que reduplicando
nullo modo diminuit nec ꝓprie nec large: ⁊ tunc ꝓpo
ſitio in qua ponitur talis dictio ſic ſumpta debꝫ expo-
ni ꝑ quatuor exponẽtes/ vt communiter dicũt logici.
Alio modo poteſt dictio ſumi talr ꝙ reduplicet ⁊ im-
ꝓprie diminuat: ⁊ tunc nõ debet exponi ꝑ quatuor ex
ponentes vt alia. Ex quo infert ꝙ in via. D. S. quãdo
dicit ly ſecũdum vel aliam dictionem cõſimilem tene-
ri diminutiue: ꝓut opponitur alteri vel ſibi ipſi ſum-
pto reduplicatiue debet ſumi ly diminutiue proprie/
ſeu ſtricte: non prout eſt membrum ſubdiuidens ly re
duplicatiue.

¶ Iſtis habitis/ ponitur concluſio. Hec pro
poſitio/ xp̄s ſecũdum quod homo eſt creatura e vera ⁊
ꝓpria ſumpto ly inquãtum reduplicatiue ⁊/ large di-
minutiue/ ſi tamen ly homo reduplicet ratione natu-
re ⁊ non ſuppoſiti. Hec ꝯ̄io ꝓbat ſic: p̄mo/ xp̄s non ſe
cundum quod homo e creator: ergo xp̄s ſecundum qꝺ
homo e creatura. Cõſequẽtia tenet a ſufficiente diuiſio
ne bimembri cum negatione vnius ad poſitionem al-
terius. Ueritas ãtis pꝫ: quia ſua contradictoria e fal
ſa que eſt hec/ xp̄s ſecundum quod homo eſt creator/
reduplicato ly homo ratione nature: alioquin ab hu-
mana natura haberet xp̄s ꝙ crearet. Si forſan neges
cõſequẽtiam dans inſtãtiam ſic/ non valet/ ſortes non
inquãtum animal eſt irrationale: ergo ſortes inquan-
tum animal eſt rationale: nam añs e verum ⁊ ꝯñs fal-
falſum vt notum eſt.

¶ Ad hoc reſpondetur non eẽ ſimile/ quia in hac cõ-
ſequẽtia ſumit aliquid ſuperius ad membra diuidẽtia
animal ſiquidem ſuperius eſt ad rationale ⁊ irrationa
le: in alia autẽ cõſequẽtia non fiebat ſic: immo termin⁹
reduplicatus etiam formalr ſumptus neceſſario debꝫ
contineri ſub vno membrorum illorum: ſed ſimile eẽt
hic/ ſortes non inquantũ homo e inſenſibilis: ꝗ ſortes
inquãtũ hõ e ſenſibilis: ſed tũc cõſequẽtia eẽt bona ſub
intellecta ſemp cõſtãtia in ꝓpoſitione negatiua.

¶ Secundo ꝓbat ꝙ ſit vera ⁊ ꝓpria: hec eſt vera ⁊ ꝓ
pria/ diabolus ſecũdum quod eſt ens eſt bonus (ſum-
pto ly ſecũdum reduplicatiue ⁊ aliquo modo diminu-
tiue) ergo ⁊ alia. Cõſequẽtia tenet/ quia eodem modo
reduplicat ly ſecundum quod in alia. Quod ſit vera
reduplicatiua pꝫ: quia ly ſecundum quod importat cõ
ſequẽtiam vel cõcomitantiam neceſſariam. Nam ſi bo
num dicit de diabolo cauſa huius eſt eius entitas. Un
de hec eſt vera/ ſi aliquod eſt ens illud e bonum: ꝙ ve-
ro ſit ꝓpria pꝫ: qꝛ ſi diceremus ſic/ diabol⁹ e bon⁹ ſm
ens nõ vr̄ eẽ ita ꝓpria locutio/ ꝗ bñ dr̄ ſic/ diabol⁹ eſt
bonus ſm quod eſt ens.

¶ Reſtat nunc argumentum ſoluere ad qꝺ
diſtinguit maior: quia vł ly ſecundum quod redupli-
cat ly homo ratione nature vel ratione ſuppoſiti. Si
ſecũdum nego illã. Et ad ꝓbationẽ nego añs/ immo
ꝓpoſitio e falſa: vt pꝫ ex doctore. s. locis allegatis. Si
p̄mum/ ſic cõcedo maiorem ⁊ nego minorem. Non. n.
tũc debꝫ exponi ꝑ quatuor exponẽtes: vt dictũ e. Sed
poteſt ſic exponi/ xp̄s habet humanitatem ſuppoſitalr/
que eſt creatura: ⁊ ſi aliquid e humanitas illud e crea-
tura. Et iſta/ peccatum inquãtum actus e a deo ſic pec
catum habet actum qui eſt a deo. Et dicit peccatũ habe
re actum loquendo de peccato commiſſionis/ ſicut di-
cimus rem habere ſuam quidditatem vel partem ei⁹.
Et iſta/ diabolus ſecũdum quod ens e bonus exponit
ſic/ diabolus habet entitatem que e bona: ⁊ ſi aliquid
e entitas illud e bonum. ſ. entitatiue. ¶ Alie ꝓpões
ſimiles poſſunt vel ſimiliter vel ꝓportionabiliter ex
poni. Nec in p̄ſenti curo an ꝯñe tales ſint formales nec
ne. Mutaui in prima ⁊ tertia concretũ in abſtractũ/ qꝛ
termini reduplicati ſunt concreti/ ⁊ hoc ſemp debꝫ fie-
ri quando termini concreti reduplicant ꝓ ſuo forma-
li/ nõ autẽ quando ꝓ ſuppoſitis vt ſic. Quando vero
tñ reduplicati fuerint oĩo abſtracti hoc nõ opꝫ: ideoqꝫ
nõ mutaui ly actus: qꝛ ibi ſumit ꝓ actione vł entitate
⁊ ꝑ ꝯñs abſtracte.

¶ Aduertẽdum tamen me ꝓceſſiſſe in queſtione hac
p̄ſupponendo hanc eſſe falſam/ xp̄s e creatura ex rigo
re ſermonis que eſt ꝑiacens illius reduplicatiue ſu-
prapoſite ſi reduplicatio fiat ratiõe ſuppoſiti/ an vero
iſta ſit. ſ. ꝙ ſit falſa ex ſignificatione terminorum: vł ſo-
lum ea non ſit vtẽdum ne videamur (⁊ ſi non in ſenſu
ſaltem in verbis) communicare cum hereticis dicẽti-
bus filium dei eẽ creaturam puram. Non e p̄ſentis. q.
determinare. Uideat ſi placet. D. S. 3. p. ⁊ in aliis locis

citatis. ⁊ de veritate. q. 29. arti. primo ad primum. Ex pdictis habes hāc eſſe falſam/ xps ſecūdum quod eſt homo ē filius adoptiuus dei: qualitercunq reduplicetur ly homo. Nam ſi ratiōe ſuppoſiti prima expones eſt falſa que ē iſta/ xps ē filius adoptatiuus dei. Si ratione nature eſt falſa etiam iſta/ xps eſt filius adoptiuꝰ dei: que etiam ē prima expones. Quod autē ſit falſa pꝫ in. 3. p. q. 23. arti. 4. Et hoc tenet. D. S. cōtra aliquos alios doctores dicētes hāc eſſe veram/ xps ſecūdum quod homo ē filius adoptiuus: vel iſta/ xps eſt filius adoptiuus ſecūdum humanitatem. Et ex dictis locis collige ratiōnē quare hec ſit falſa: xps ſcḋm q hō ē dei filiꝰ ſi reduplicet ly hō ratiōe nature: hac exiſtēte vera/ xps ſecūdum quod homo eſt creatura. Eſt. n. ratio/ quia eſſe filium ſiue naturalem ſiue adoptiuum eſt ꝓprietas ſuppoſitorum nō naturarum: licet requirat natura. Creari vero cōuenit ⁊ ſuppoſitis ⁊ naturis rerum. Vñ hec ē falſa/ humanitas ē filia dei: hec autem vera/ humanitas eſt creatura dei. Et certe mirandum eſt de diuino ingenio iſtius glorioſi ſancti q tam ſublimes ⁊ ꝓfundas queſtiōes verſans talem ac tantam circa verba ⁊ proprietates verborum adhibuit diligētiam: vt nō ſolum nō in re/ ſed nec in minimo ſermōe a quocunq poſſit capi.

Secundo arguitur/ ſi modus exponendi eēt recte traditus ſequeret hāc ꝓpōnem eē verā/ omnis homo inquātum homo ē ſubſtātia/ ꝯñs ē falſum/ g ⁊ añs. Sequella tenet: quia quatuor eius exponentes ſunt vere: vt exponēti pꝫ. Cōſequētis falſitas pꝫ: quia pdicatū nō cōuertit cum ſubiecto nec cum termino reduplicato: ⁊ hoc requirit igit. Prima pars añtis ē nota: ſcḋa ꝓbat p philoſophum primo poſteriorum dicētem hāc eē de p ſe/ homo ē animal: nō autem ſecundū quod ipſum ⁊ omnes dicūt cum philoſopho ſecūdum quod ipſum: addere ſup ꝓpoſitionem de omni ⁊ de p ſe mutuā ꝯuertibilitatē inter ſubiectū ⁊ pdicatū: ſicut eſt in iſta/ oīs hō eſt riſibilis.

Ad hoc breuiter dicit q philoſophus reſtrictius ſumpſit ly ſecundum quod q in pſenti: vt argumentū bñ ꝓbat: ſed in pſenti ſumit large ſecūdum quod reduplicat aliquam cauſalitatem/ vel ꝯcomitātiam. Si aūt velis habere modum exponendi ꝓpoſitionem vbi ſic ſtricte ponitur ly ſecūdum quod/ poteris habere faciēdo cauſalem/ vel cōditionalem mutuam. Vñ quarta exponēs pfate ꝓpōnis erit hec/ ſi aliquod ē homo illud ē ſubſtātia/ ⁊ ſi aliquid eſt ſubſtantia illud eſt homo: Et quia ſcḋa ꝯña ē nulla: ideo talis propoſitio nō erit vera ſcḋm quod ipſum.

Tertio arguitur/ non tenet/ ſortes inquātū hō erit riſibilis: g ſortes erit riſibilis ⁊ ſortes erit homo: ⁊ omnis homo erit riſibilis: et ſi aliquid eſt homo illud erit riſibile: ⁊ tū arguit p regulas igit. Quod nō ſequatur pꝫ/ quia añs ē verum ⁊ ꝯñs falſum. Falſitas conſequentis liquet: Ueritas autem antecedētis pꝫ/ quia ſua de ineſſe eſt vera. ſ. hec/ ſortes inquantum homo eſt riſibilis.

Ad hoc argumētum varius ē modus dicēdi: Quidam enim dicūt reduplicatiuam eē veram ⁊ non eē exponēdam immediate/ ſed opꝫ ipſam primo reduci ad ſuam de ineſſe: ⁊ tūc liquet exponētes eius eſſe veras/ ſicut exponibilis eſt. Alij tenētes illam eſſe immediate exponibilem: etiam variant inter ſe in modo exponēdi. Nam eorum aliqui dicūt terminos omnes teneri debere eq̄ ample ⁊ reſtricte in exponibili ⁊ exponentibus: quod minime factum ē in exponentibus datis. Ideo dicūt illam ſic debere exponi/ ſortes erit riſibilis ⁊ ſortes ē vel erit homo: ⁊ omnis homo erit riſibilis: ⁊ ſi aliquid ē vł erit homo illud erit riſibile. Et ſic dicūt pfatam ꝓpoſitionem eē impoſſibilem: vt pꝫ p impoſſibilitatem quarte exponētis. Alij tenēt quartam exponētem debere eē hanc/ ſi aliquid erit homo illud erit riſibile: ⁊ tūc talis ꝓpō eēt cōtingens: quia lꝫ quarta exponēs ſit neceſſaria: reliq̄ tū exponētes nō. Dicūtq eſſe neceſſe terminos in omnibus exponētibus teneri eque ample ſicut in exponibilibus: eo q ſi ſic teneātur nō dabit ſenſus pfectus ipſius exponibilis. Sed lucidius ē dicere/ talem ꝓpoſitionem tripliciter tali poſſe ſubordinari: ⁊ ſi nō formalr ſaltem equiualenter. Poteſt enim ſubordinari huic/ ſortes inquātum eſt homo erit riſibilis: ⁊ huic/ ſortes inquantū eſt vł erit homo erit riſibilis: ⁊ huic/ ſortes inquātū erit homo: erit riſibilis: ⁊ ſic tripłr poteſt exponi ſecūdum quod triplicē ſenſum poteſt habere. In primo ſenſu exponit ſic/ ſortes erit riſibilis: ⁊ ſortes ē homo: ⁊ homo qui ē erit riſibilis: ⁊ ſi aliquid ē homo illud erit riſibile. In ſecūdo ſenſu debet exponi ſic/ ſortes erit riſibilis: ⁊ ſortes eſt vel erit homo: ⁊ homo ē vel erit riſibilis: ⁊ ſi aliquid ē vel erit homo illud erit riſibile. In tertio ſic/ ſortes erit riſibilis: ⁊ ſortes erit hō: ⁊ homo q erit/ erit riſibilis: ⁊ ſi aliquid erit homo illud erit riſibile. Vñ patet illam ꝓpoſitionem in tertio ſenſu duntaxat poſſe eſſe veram: in caſu enim q ſortes ſit futurus in communi hominum ſenſu hec ꝓpoſitio cōcederet/ ſortes inquātum erit homo erit riſibilis. Unde aduertendum in talibus ꝓpoſitionibus vbi ſubiectum eſt terminus ſingularis nō oportere ſubiectum tertie exponētis diſtribui: alioquin ſi in caſu poſito eſſent cum ſorte plures homines q immediate poſt hoc inſtās nō eēnt futuri/ illa deberet negari. ſ. ſortes inquantum homo erit riſibilis qđ videtur communi ſenſui contraire: ſecus eſſet ſi ſubiectum eēt terminꝰ communis diſtributus. Et diuerſitas opinionum circa ꝓpōnem pdictam arguit eē verum qđ dictum eſt.

Quarto arguitur contra id quod dictū eſt in pma pte: has. ſ. reduplicatiuas poſſe ſufficienter exponi p tres vltimas exponētes. Nō valet/ omnis homo inquātum omnis ſubſtātia ē deꝰ: ergo omnis homo ē ſubſtātia: ⁊ ſubſtātia ē deus: ⁊ ſi aliquid ē ſubſtantia illud ē deꝰ: ⁊ tamē exponētes ſunt tres vltime/ igit q nō valeat pꝫ: q2 añs ē verū ⁊ nō ꝯñs arguendo eꝫ. ſ. ab exponētibus ad exponibilē. Quod exponētes ſint vere pꝫ/ de pmis duabꝰ ꝑ ſe. Tertia vero ꝓbat/ quia ē bona ꝯña cū ꝯñs ſit neceſſariū quia ly illud ſtat determinate. Unde equiualet huic/ aliquid eſt deus.

Pro huius argumēti ſolutiōe ſciēdum/ quibuſdā argumētum concludere efficaciter. Et dicūt eſſe verū tres exponētes non ſufficere quādo terminus reduplicatus non diſtribuit in exponētibus. Et ratio ē/ q2 tūc ceſſat cauſa quare ſufficiēter exponi poſſit p ſolas tres Et cauſa erat/ q2 quādo datur quatuor/ ſecūda ⁊ tertia exponētes inferunt pmam: vt pꝫ hic/ omnis homo inquantum rationalis ē riſibilis: in qua iſte/ omnis homo ē rationalis: ⁊ omne rationale ē riſibile/ iferūt hāc in quarta figura/ omnis homo ē riſibilis/ quia li rationale quod eſt medium ē diſtributum. Quādo vero nō diſtribuit non infert: ideoq opꝫ omnes quatuor interuenire. Alij dicūt tales ꝓpōnes ſufficiēter poſſe exponi p tres vltimas: dicuntq tūc pmam exponētem ſequi ex ſcḋa ⁊ quarta. Nō enim valet (vt dicunt) omnis homo ē rationalis: ⁊ ſi aliquid ē rationale illud eſt

riſibile: ergo omnis homo eſt riſibilis: Et hoc ſecūdū pōt teneri: ſi tamē teneat nō ad impoſſibile ſequi quodlibꝫ: nec neceſſariū ad qōlibꝫ alias nō opꝫ. Hoc pꝫ: quia ex his duobus/ens ē deus: ꝛ ſi aliqd ē ens illud eſt deus non ſequit hec/omne ens eſt deus. Nā rebus vt nunc aūs eſt verum ꝛ conſequens falſum. Ex quibus: pꝫ qualiter intelligi debeat qđ in prima parte dictum eſt.

¶ Quinto arguitur: non valet/deus inquātum omnipotens pl'r nō creat hominem qui ē: ḡ deus poſſibil'r nō creat hominem qui eſt: ꝛ deus neceſſario ē omnipotēs: ꝛ omne omnipotēs poſſibil'r nō creat hominem qui eſt: ꝛ ſi aliquid poſſibil'r ē omnipotēs illud poſſibiliter non creat hominem q̄ eſt: ꝛ tamē arguitur ꝑ regulam igit. Quod vero nō ſequatur ꝓbat in ſimili forma/quia hec ꝯña (vt patet) ē nulla: homo inquantum vidēs pl'r nō videt hominem q̄ eſt/ergo hō poſſibiliter nō videt hominem qui eſt: ꝛ homo neceſſario ē vidēs/ꝛc. Si dicas prius eſſe deſcēdēdū/nō obſtat: nā etiam facto deſcenſu dabit aūs verum ꝛ ꝯñs falſum. Aūtis veritas pꝫ ꝑ falſitatem ſue cōtradictorie. Cōſequentis vero falſitas liquet ꝑ falſitatem duarū exponentium vltimarum. Si forte dicas in exponēti ſecunda nō debere poni ly neceſſario.

¶ Cōtra/dictum eſt in ꝑcedētibus ꝙ quādo exponentes ſic ſe habēt ꝙ vna debet eſſe affirmatiua: ꝛ alia negatiua/opꝫ nos aſſumere copulas ꝯtradictorias ꝛ ſic factum ē/ḡ ſolutio nulla.

¶ Ad hoc reſpōdet illud nō eſſe verum in redaplicatiuis. Et ſi rationem petas dicit eē hanc videlicet ꝙ excluſiua ꝛ exceptiua ſigna includūt negationē quā earū exponētes explicant. Nam ponūt negationes infinitantes in talium exponētibus: ſigna autem reduplicatiua hoc nō habēt/ideoq; nō eſt ſimile. Aūs ſecūda exponēs ꝑfate ꝓpoſitionis erit hec/ꝛ deus poſſibil'r ē omnipotēs. ¶ Sed arguiṫ ex ꝑdictis/q: tunc omnes copule deberent eſſe ſimiles copule principali quod' hic non fit igitur. ¶ Ad hoc negat ꝯña: nam q̄ñ ly inquātum affirmat ꝺnotat terminum reduplicatum competere affirmatiue ſubiecto ꝓpoſitiōis. Unde non opꝫ ſeruare copulā ꝑncipalē q̄ñ ē negatiua: ſed bñ ampliationē ſi fuerit ampliatiua: ꝛ ſic pꝫ ad argumētum ꝛ ad oēs replicas dicit/bñ reſponſum eſſe.

¶ Dubium tamen ē inter logicos: an propoſitio illa ī argumento ſumpta: ſit vera?

¶ Ad quod quidam dicūt eam eē impoſſibilem ratione impoſſibilitatis quarte exponētis q̄ eſt hec. Si aliquid ē omnipotēs illud pl'r nō creat hominem q̄ ē: ꝛ ꝙ hec ſit impoſſibilis patet: quia ē cōditionalis cui' aūs eſt neceſſarium ꝛ ꝯñs cōtingens. Cōtingētia vero cōſequētis pꝫ: quia illa implicatio q̄ eſt/ē contingēs. Unde dicūt illud ꝯñs prius debere reduci ad vnam copulatiuam ꝙ ponat ineſſe. Alij vero oppoſitum affirmāt dicētes ꝓpōſitionem illam eē veram ꝛ cōditionalē eē neceſſariam/cuius ꝯñs ē etiam neceſſarium: qđ immediate dꝫ poni ineē. Sed cū tota difficultas hec oriat ſolum ex hoc ꝙ ꝯñs quarte exponētis affirmatur neceſſarium vel cōtingens/melius videtur diſtinguēdum eē cum. D. S. in ꝑma pte. q. 25. ar. 5. ad ſecundum ſic/vel ly qui eſt intelligitur ꝑus cōiungi cum ly homo/ꝛ reſtringere ipſum ꝓ hominibus exiſtētibus: ꝛ ſic ꝑmi dicūt verum. Uel intelligitur ly qui eſt ampliari a ly poſſibiliter ꝛ quaſi diſtrahi ab eo ne ſtet ꝓ preſenti quod eſt: ꝛ tunc ſecūda opinio habet verum/ac ꝓinde talis ꝓpoſitio nec abſolute ē negāda nec concedenda ſed diſtinguenda.

¶ Queſtio. 45.

Circa illa dicta de exponibilibus in quib' ponit ly immediate/queritur an ſint vera? Et probatur quod nō/quia nō valet/ſortes immediate poſt hoc erit/ ergo ſortes poſt hoc erit/ ꝛ nullum erit dabile inſtans poſt hoc/quin inter illō ꝛ hoc ſortes erit: ꝛ tamē arguit ꝑ regulam: igit. Quod nō valeat pꝫ: quia aūs poteſt eſſe verum ꝛ ꝯñs falſum Hoc ꝓbat in caſu ꝙ ſimus in initio hore future: ꝛ volo ꝙ deus reproducat hoc inſtās inchoatiuum in fine hore: ita vt ſit idem inſtans inſtans inchoatiuum ꝛ terminatiuum: ꝛ volo ꝙ ſortes nō ſit ꝑ totam horam futuram/ſed incipiat eſſe in tempore immediate ſequente inſtās terminatiuū/ꝛ tūc aūs ē verum/ qđ ſic pꝫ: ſortes īmediate poſt hoc iſtās terminatiuū erit ꝛ hoc iſtās ē hoc (ſigno inſtās inchoatiuum) ergo ſortes immediate poſt hoc erit. Falſitas ꝯñtis pꝫ: hec ē vera/aliquod inſtans erit poſt hoc inter quod ꝛ hoc ſortes non erit ergo ſecūda exponēs eſt falſa: ꝯña eſt nota: ꝛ aūs pꝫ: quia cum ſortes ponatur non exiſtens per totam illam horam: ꝛ demonſtretur inſtans inchoatiuum multa erunt inſtantia/inter que ꝛ tale inſtans ꝑdictū ſortes non erit.

¶ Ad hoc argumētum quidam dicunt illam exponibilem eē veram in illo caſu ꝛ exponētes falſas: negatur tñ illas eē ſuas exponētes ſed has dicūt debere eē. ſ. ſortes poſt hoc inſtās in prima ſui ꝓductiōe erit: ꝛ nullū erit dabile inſtās poſt hoc ī ſui ꝑma ꝓductiōe qn ꝛc. Sed licet hoc vel aliud ſimile poſſet dici melius eē videt negare caſum de reproductione. Nam. D. S. tenet quarto diſt. 44. q. ꝑma. ar. ꝑmo qſtiuncula. 2. ad ꝑmū: Et quolibe. quarto: ar. 5. ꝛ in ſumma cōtra gentes lib. quarto. cap. 18. ꝛ in prima ad corinthios cap. 15. ſucceſſiuum reproduci implicare cōtradictionē. ¶ Et ſi arguas hoc nō īpedire bonitatem ꝯñe, Nā paſſim admittunt caſus ſimpl'r impoſſibiles ꝯñtꝫ remanētib' bonis. ¶ Ad hoc dicit ꝙ caſus impoſſibilis eſt duplex. Quidam ē indifferēs ad aūs ꝛ ꝯñs bone ꝯñe: vt ſi poſito caſu ꝙ homo ſit equus fiat hec ꝯña/homo currit ergo homo mouet: ꝛ tales caſus bñ pñt admitti. Alij vero ſunt ex quibus immediate ſeqtur aūs verum ꝛ cōſequēs falſum: ꝛ tales nō debent admitti. Nā iſto modo ꝯña bona poſſet reddi mala. Pꝫ/quia hec ꝯña ē bona homo currit/ergo rationale currit: ꝛ tamē ſi admittat ꝙ homo nō ſit rationalis: ita ꝙ hec ſit vera/nullus homo eſt rationalis ſcdm ſignificationem quam habet/daret aūs verū ꝛ ꝯñs falſum. Cum ergo expoſitio data fundet in hoc/ꝙ ꝑſens/ꝑteritum ꝛ futurū/vt ſic nō poſſint coincidere non debet caſus admitti. Et vt ſic q̄a res q̄ eſt ꝑterita/bene poteſt eſſe futura quādo ē ꝑmanens nō tamē ipſa ꝑteritio pōt eſſe futuritio/ſicut nec hō equus. Et ſi dicas contra: quia inſtans qđ ponitur reproduci nō ē res ſucceſſiua. Dr ſufficere eē tꝫm rei ſucceſſiue: ꝑſertim cū nō poſſit reproduci abſq; reꝓductione rei cuius eſt terminus.

¶ Sed cōtra hoc replicat/pono caſum ꝙ ſortes nūc ſit ꝛ cōſeruetur a deo deſtructo omni tempore/tunc caſus ē poſſibilis ꝛ aūs ſupradicte ꝯditionalis ē verū ꝛ nō ꝯñs ergo ſolutio nulla.

¶ Ad hoc reſpōdet dupliciter. Primo negando caſum: ſumēdo tempus large ſecūdum ꝙ duratio rei poteſt dici tempus. Nam tūc caſus implicat ſimpliciter ꝛ ex ſuppoſitione Simpl'r: quia ipſemet deus ē tēpus quod nō poteſt non eſſe. Ex ſuppoſitione: quia ex quo ponis ꝙ de' cōſeruet ſortem opꝫ ſortē hr̄e durationē/

alioquin nõ eſſet. Concedo tamẽ ꝙ poteſt omnis alia creatura a ſorte anihilari: ⁊ tūc poſſet dici ſortẽ ꝫ ſuam durationem diſtingui rõne tãtum. ¶ Sc̃do dici põt/ ꝙ ibi inſtãs ſtat ꝓ vero vel imaginario. ¶ Sed dices cõtra/ ergo p̃fata exponibilis erit vera in caſu ꝙ ſortes immediate poſt hoc deſinat eſſe ⁊ ego imaginer illum eſſe: ꝯñs eſt abſurdum/ ergo ⁊ ſolutio/ ꝯña vero tenet/ quia tūc eſt verum dicere/ ſortes immediate poſt hoc in inſtãti imaginario erit. ¶ Ad hoc negaꝶ ſeq̃la: ⁊ ad ꝓbationem dicitur/ ꝙ nõ eſt ſenſus ꝙ ſortes imaginarie ſit in inſtanti imaginario: q̃ ſenſus p̃ſupponiꝶ in ꝓbatiõe: ſed ꝙ ſortes realr̃ extra nihilũ ſit in mẽſura q̃ ſolum hẽt eſſe ꝑ imaginationem.

¶ Cõtra eũdem modum exponẽdi arguiꝶ ſc̃do/ ſi talis modus exponẽdi eſſet rectus/ due cõtrarie pñt dari vere: ꝯñs eſt impoſſibile: igitur ⁊ añs: ꝯña pꝫ: iſte pñt dari vere/ omnis homo immediate poſt hoc erit niger: omnis homo immediate poſt hoc nõ erit niger: ⁊ ſunt cõtrarie vt notum ẽ: igiꝶ. Prima ps añtis pꝫ/ in caſu quod ſolus ſortes ſit ⁊ ſolus ſit futurus: ⁊ diuiſa hora futura ꝑ ptes ꝓportionales minorib⁹ terminatis verſus hoc inſtans ſit niger in qualibet pte pari: ⁊ albus i qualibet pte impari: ambe ſunt vere. Affirmatiua pꝫ: bñ valet/ oĩs hõ poſt hoc erit niger/ ⁊ nullũ erit dabile iſtãs poſt hoc: qn iter illō ⁊ hoc oĩs hõ ſit niger ḡ omnis homo immediate ⁊c. Si dicas p̃ius eſſe deſcendẽdum/ admitto: ſed eadẽ ẽ difficultas/ ſignato ſorte. Negatiua eodem modo ꝓbari poteſt. Nam bñ valet/ iſte hõ (ſignato ſorte) immediate poſt hoc non erit niger: ⁊ nullũ erit inſtãs: ⁊c. Et has ãbas ꝓbo veras. Primã ſic/ iſte hõ poſt hoc in aliq̃ iſtãti nõ erit niger ḡ iſte hõ poſt hoc nõ erit niger. Et ſc̃da pꝫ ẽt/ quia dato q̃uis i ſtãti poſt illud demõſtratũ ẽ verũ dicere ꝙ ante illud in aliq̃ inſtãti ſortes nõ erit niger. ¶ Pro hui⁹ argumẽti ſolutione ſciendum logicos communiter aſſerere ly poſt hoc ⁊ ly ante poſſe ſumi duplr̃. Uno mõ vt includũt aliquod categorema: ita vt ly poſt hoc tantum valeat ſicut in aliquo tempore vel in inſtãti poſt hoc. Conſimiliter diciꝶ de ly ante hoc. Alio modo ſumitur pure ſincategorematice. ſ. vt nil tale includaꝶ. His admiſſis ſiue ꝓpriedicta ſint ſiue nõ.

¶ Ad argumẽtum negaꝶ ꝯña: ⁊ ad ꝓbationem cõceditur prima ps añtis/ ⁊ negaꝶ ſc̃da: ſ. eas eſſe ꝯrias. Nam in vtraq; includiꝶ vna pticularitas in ly poſt hoc: ⁊ affirmatur in ambabus: ⁊ ſic cõcedo ambas eſſe veras/ in caſu dicto. Sed nõ ẽ contra p̃dicta. Si vero ly poſt hoc ſumaꝶ ſecundo modo etiam negaꝶ ꝯña. Et ad ꝓbationem negatur prima ps añtis: nam negatiua eſt falſa: Et ad ꝓbationem nego ſuppoſitũ. ſ. ꝙ ly poſt hoc includat ly inſtans: ſed illa negatio debꝫ negare/ vlr̃ter nulla pticularitate p̃intellecta inter ly immediate: ⁊ ly poſt hoc. Et poteſt intelligi hec diſtinctio in hac ꝓpoſitione/ adam neceſſario nõ fuit. Nam poteris fingere hunc ſenſum/ adã aliqñ neceſſario non fuit/ qui erit verus: ⁊ tūc nõ erit cõtraria huius/ adam neceſſario fuit: immo ambe ſunt vere. Si vero ſumatur in ſenſu proprio quẽ in rigore facit/ equipollet huic/ adam impoſſibiliter fuit: Et quando dictiones dicte tenẽtur primo modo dicitur teneri aduerbialr̃. Quãdo vero ſecũdo mõ diciꝶ ſtare ꝓpoſitionalr̃: ⁊ ob hoc eſto caut⁹ in aſſignãdis ꝯpõnibus in ꝓpoſitionib⁹ iſtis quãdo tales dictiones tenẽtur aduerbialr̃. Et habebis hinc cõtradictoriam huius/ nullum erit inſtans poſt hoc/ quin inter illud ⁊ hoc ſortes ſit niger nõ eſſe iſtam/ aliquod inſtãs erit poſt hoc: ⁊ inter illud ⁊ hoc ſortes erit niger/ ſi ly niger teneaꝶ aduerbialr̃. Et ratio ẽ/ quia ly inter includit tūc tẽpus vł inſtãs/ q̃d nõ diſtribuebaꝶ: eo ꝙ ſuper ipſum ferebanꝶ due negatiões. Vñ oportet illud in eius cõtradictoria negari: ⁊ ſic dicere/ aliquod inſtãs erit inſtãs poſt hoc ⁊ nõ inter illud ⁊ hoc ſortes nõ erit niger/ q̃ facit hunc ſenſum/ aliq̃d inſtans erit inſtans poſt hoc: ⁊ in quolibet inſtanti inter illud ⁊ hoc ſortes erit niger.

¶ Cõtra alium modum exponẽdi poteſt fieri argumẽtum poſitum in. 4. lib. in tractatu de ſilogiſmo expoſitorio. Videaꝶ ibi ſi placet.

**¶ Secundo arguitur ad idem / non valet/** michael ante quodlibet inſtans futurum erit: ergo michael immediate poſt hoc erit: ⁊ tamẽ arguiꝶ per regulam: igiꝶ. Quod nõ valeat pꝫ/ quia ſi hec ꝯña q̃ hodie ẽ formata/ in qua ly hoc demõſtrat inſtãs in q̃ ſumus remaneat ſcripta vſq; in craſtinum: cras dabiꝶ añs verum ⁊ ꝯñs falſum. De veritate añtis notum eſt: ꝯñtis falſitas pꝫ: q2 ly hoc nõ ſupponit/ cum inſtãs demonſtratum iam non ſit.

¶ Ad argumẽtum dr̃: ꝙ in rigore ſumpto añte ⁊ ꝯñte argumẽtum concludit. Vñ diciꝶ ꝙ in ꝯñte debet dici ſic/ ḡ michael ante q̃libet inſtans futurũ poſt hoc erit ſignato eodem inſtãti quod in añte demõſtrabaꝶ. Vel diciꝶ ꝙ ly hoc nõ debet poni in añte/ ſed ſic debet dici/ michael immediate poſt inſtans quod ẽ p̃ſens erit. Et in hoc ſenſu ſumiꝶ in exponẽtib⁹ de ly icipit. ⁊. dẽſinit: lꝫ cõiter ponatur ly hoc.

¶ Queſtio. 47.

Circa ea que dicta ſunt de inſtãtibus inceptionis ⁊ deſitionis rerum/ queriꝶ an ſint vera? Et ꝓbaꝶ ꝙ nõ: quia tunc ſequeretur deũ glorioſum habuiſſe primum inſtãs ſui eẽ/ ꝯñs ẽ hereticum/ ergo añs ẽ impoſſibile. Cõſequẽtia vero pꝫ: i primo inſtãti in quo tempus incepit/ fuit verum dicere/ in iſto inſtanti deus ẽ: ⁊ nõ immediate ante hoc inſtãs deus fuit: ḡ ⁊c. Et de p̃ma pte notum ẽ: ſc̃da vero ꝓbaꝶ q2 nullũ tẽpus nec inſtãs fuit ante inſtãs demõſtratũ: ⁊ ẽ negatiua igitur.

¶ Ad q̃ſtionem reſpõdeꝶ affirmatiue: ⁊ ad argumẽtũ negaꝶ ꝯña: ⁊ ad ꝓbationẽ negaꝶ veritas ſc̃de exponentis: ẽ enim falſa: Nam ly fuit vnit ꝓ tempore vel inſtãti vero vel imaginario/ ⁊ ſic debet ſumi in exponẽtib⁹ taliũ ꝓpõnum: ⁊ in exponẽtib⁹ d̃ incipit ⁊ dẽſinit. Et ſic ſolues plura argumẽta q̃ ponit magiſter ockam in ſuo centilogio. Vide ibi.

**¶ Secundo arguitur/ non valet/ hoc eſt in**ſtans in quo deus nõ ẽ creans/ ⁊ immediate poſt hoc creabit/ ergo hoc ẽ dei creãtis vltimum eſſe: ⁊ tamẽ arguitur ꝑ regulas: igiꝶ. Quod nõ ſequaꝶ pꝫ/ in caſu ꝙ deus nūc nõ creet ſed ſit creaturus imediate poſt hoc datur añs verum ⁊ ꝯñs falſum/ igiꝶ. Antecedẽtis veritas ẽ nota: falſitas ꝯñtis ꝓbaꝶ. Bñ valet/ hoc ẽ dei creantis vltimum eẽ: ⁊ deus ẽ vel immediate poſt hoc erit de⁹/ ḡ hoc ẽ dei vltimũ eſſe: ꝯñs ẽ falſum: ergo ⁊ añs nõ minor (vt liquet) ergo maior. Et ꝙ bñ valeat patet quia ẽ ſillogiſmus expoſitorius. Et ſi dicas/ medium nõ ſingularizari/ quod ẽ ly deus creans/ apponam ꝓnomẽ demõſtratiuum ⁊ remanebit eadẽ difficultas

¶ Ad argumẽtum negaꝶ minor: nam illa nõ ẽ immediate exponẽda ſed p̃us ẽ reſoluenda ex pte cõnotationis: vt ex pluries dictis pꝫ. Vñ nõ ẽ idem dicere/ hoc ẽ vltimum inſtãs hominis/ ⁊ hoc ẽ hominis vltimum inſtans eſſe. Nam in caſu ꝙ ſolus ſortes deſinat nunc eſſe per vltimum eſſe/ prima ẽ falſa ⁊ ſecunda vera: nam prima ẽ immediate ſic exponẽda/ hoc ẽ inſtans in quo

non ē homo: ⁊ immediate ante hoc fuit homo. Secun
da vero prius ē reſoluenda ex ꝑte illius termini homi
nis. Vñ etiam ſequitur hãc ꝯñam eſſe nullam/ hoc eſt
vltimum inſtãs nõ eſſe ſortis albi/ ergo hoc eſt ſortis
albi vltimum inſtãs nõ eſſe. Nam in caſu ꝙ nũc ſit ni=
ger/ ⁊ diuiſa ſequẽti hora in ꝑtes ꝓportionales mino=
ribus terminatis verſus hoc inſtãs/ in quarum quali
bꝫ ꝑte ſortes habeat nouam ⁊ nouam albedinẽ/ datur
añs verum ⁊ ꝯñs falſum ꝑ reſolutionem ꝯñtis/ expoſi
torie etiam ſic arguẽdo/ hoc eſt ſortis albi vltimum in=
ſtãs nõ eſſe/ ergo hoc ē albedinem habẽtis ſortis vlti=
mum inſtãs nõ eſſe/ ꝯñs ē falſum/ ergo ⁊ añs. Cõſequē
tia tenet: quia arguit̃ a diffinito ad ſuam diffinitionem
ſaltem quid nominis/ ⁊ ꝯñtis falſitas pꝫ ꝑ exponẽtes
eius. Nam ſcđa exponẽs ē falſa q̃ ē hec/ albedinem ha
bẽs ſortes immediate poſt hoc erit/ ⁊ huius falſitas pꝫ
ꝑ deſcẽdẽtes ſub ly albedinem: nam nũc nulla ē albedo
in ſorte/ ⁊ nulla immediate poſt hoc erit in illo: lꝫ bñe
immediate poſt hoc erit aliqua. Si forſan neges cõſe.
quẽtiam: eo ꝙ diffinitio nõ debeat dari ꝑ acceptionem
nõ vnicam ſed ꝑ vnicam. ¶ Cõtra ab vnica ad nõ vni
cam bona ē ꝯña/ ꝑſertim quãdo nec determinatio nec
determinabile diſtribuit̃. Ad hoc aliquis poſſet dice=
re non eſſe verum in propoſito/ ſed de hoc videat̃ i.4.
in ſillogiſmis đ incipit ⁊ deſinit.

¶ Queſtio. 48.

CIrca ea que dicta dicta ſunt de modo
exponendi propoſitiones de incipit ⁊ deſinit
querit̃ an ſint vera? Et videt̃ ꝙ nõ/ quia nõ va
let/ xp̃s nũc ē/ ⁊ nõ im mediate ante hoc fuit xp̃s/ g̊ xp̃s
incipit eē/ ⁊ tamē arguit̃ ꝑ regulas: igit̃. Quod nõ ſe=
quat̃ pꝫ: poſito ꝙ nũc ſimus in inſtãti incarnatiõis: an
tecedẽs ē verũ: ⁊ ꝯñs falſum: g̊. De veritate añtis notũ
ē/ falſitas ꝯñtis pꝫ/ quia bñ valet/ xp̃s incipit eſſe: ⁊ xp̃s eſt
deus: ergo deus incipit eē. Si forſan dicas ꝯñam eſſe
nullam/ eo ꝙ variat̃ appellatio ex ꝑte de ly incipit/ eo
quod ly incipiẽs incluſum in ly incipit tenet̃ adiectiue
⁊ habet diuerſum ſubſtãtiuum in añte ⁊ ꝯñte/ vt pate=
re poteſt reſoluendo ipſum.
¶ Cõtra/ tũc formabo ſic cõſequẽtiam primam/ chriſtꝰ
nũc ē ens/ ⁊ nõ immediate ante hoc xp̃s fuit ens: ⁊ re=
dibit pondus argumenti.
¶ Ad queſtionem reſpõdetur affirmatiue/ ⁊ ad argu=
mẽtum nego minorem/ illa enim ꝓpoſitio nõ ē imme=
diate expon ẽda ſed reſoluẽda prius ratiõe illius termi
ni/ xp̃s: eo quod ille terminus ē aliquo modo cõnotati
uus licet nõ abſolute. Et ratio ē/ quia humanitas ĩ xp̃o
habet modum accidẽtis/ eo quod aduenit enti cõple=
to: nõ tamē ē accidẽs nec accñalr vnita: vt ꝓbat. D. S
3. ꝑte: vbi etiam dicit/ hãc ꝓpoſitionem eē falſam. ſ. xp̃s
incipit eſſe. Committit̃ etiam alius defectus/ videlicet
quod ly xp̃s in exponibili p̃cedit ly incipit/ ⁊ in expo
nẽtibus ſequitur ly immediate. Oportet enim vt ter=
minus p̃cedẽs in exponibili ly incipit/ in exponẽtibus
p̃cedat ly immediate/ ⁊ qui ſequit̃ ly incipit/ debet po
ni poſt ly immediate. Doc. aũt ſubtilis tenet hãc eē ve
ram. ſ. xp̃s ĩcipit eē/ in. 3. Sed ĩ hoc nõ tenet̃ niſi ab eiꝰ
ſectatoribus/ ⁊ defenditur a generaliſſimo ſui ordinis
in eodem. 3. ſent. Dominus durãdus dicit eam eſſe di=
ſtinguẽdam/ ſed omnes communiter amplectũtur di=
ctum. D. S. ¶ Sed cõtra hãc ſolutionem arguit̃/ q̃a
ſi ipſa eēt bona/ ſequeret̃ cõſequẽtiam qua arguitur in
hac materia ab exponibili ad exponẽtes vel ecõtra/ nõ
eſſe formalem: hoc nõ ē dicendum: igit̃. Et cõſequentia
ꝓbat̃/ qꝛ ſi aliqua eſſet ꝯña formalis eſſet hec/ gabriel
incipit eſſe/ ergo gabriel nũc ē/ ⁊ gabriel nõ immediate
ante hoc fuit/ vel gabriel nunc nõ ē ⁊ immediate poſt
hoc erit/ ſed hec nõ ē formalis/ ergo. Quod nõ ſit for=
malis/ patet: quia ſumpta alia ꝓpoſitiõe cuiꝰ ſubiectũ
ſit terminus ſingularis cõnotatiuus/ poteſt dari añs
verum ⁊ cõſequẽs falſum: ⁊ poteſt ſumi hec/ xp̃s inci=
pit eſſe/ poſito quod deus aſſumeret nunc naturam hu
manam ſcđm vltimum nõ eſſe humanitatis: ita ꝙ nũc
nõ ſit aſſumpta: ⁊ immediate poſt hoc aſſumeret̃: tũc. n.
arguẽdo ab exponẽtibus ad exponibilem nõ valet. Nã
ſcđa ꝑs diſiũctiue ē vera ⁊ cõſequẽs falſum. Quod au
tem tales cõſequẽtie inter ſe ſint eiuſdem forme pꝫ: q̃a
ſolum differũt penes hoc/ quod in vna ponitur termi=
nus cõnotatiuus ⁊ nõ in alia/ quod tamē nõ impedit/
vt in quarto dictum ē. ¶ Ad argumẽtum rñdetur cõ=
cedẽdo ꝯñam: preſertim quãdo aliquis terminus p̃ce=
dit ly incipit aut deſinit. Nec multum ē nũc laborãdũ
vt inueniatur modus quo poſſint exponi formalr: ſuf=
ficit enim ad veritatem cognoſcendam conſequẽtiam
eſſe materialem.

¶ Secundo arguitur ad idem / non valet/
ſortes incipit eſſe omnis homo/ ergo ſortes in aliquo
inſtãti erit omnis homo: ⁊ nõ immediate ante illđ erit
omnis homo: vel ſortes in aliquo inſtãti nõ erit om=
nis homo: ⁊ immediate poſt illud erit omnis homo/ ⁊
tamē (vt pꝫ) arguit̃ ꝑ regulas/ igitur. Quod non va
leat/ pꝫ quia dabit̃ añs verum ⁊ cõſequẽs falſum: ⁊ ſup
pono in p̃ſenti opinionem ſcđm quam hec ē falſa/ adã
fuit omnis homo: ⁊ ſit caſus quod ſortes erit cras cum
multis hominibus ⁊ poſt cras remanebit ſolus/ cete=
ris corruptis/ tũc ꝓbo veritatem añtis ſic/ illa ꝓpoſi=
tio habebit vnam de preſenti veram/ ergo illa eſt vera:
ꝯña ē nota ⁊ ꝯñs pꝫ: quia poſt cras hec erit vera/ ſortes
incipit eſſe omnis homo/ in inſtãti primo nõ eſſe aliorꝫ
hominum: vt pꝫ ꝑ exponẽtes. Cõſequẽtis falſitas pꝫ:
nam prima ꝑs prime copulatiue ē falſa: quia ſenſus ē/
ſortes in aliquo inſtanti erit omnis homo qui erit. Et
idem de ſecunda parte ſcđe copulatiue dicẽdũ ē.
¶ Pro argumẽti ſolutiõe ſciẽdum aliquos dicere ꝓ
poſitiões de incipit ⁊ deſinit (quando ſunt de extrinſe
co tempore) poſſe exponi immediate. Sed cõtra hoc ar
guit̃ ab alijs/ quia tũc dabit̃ añs verum ⁊ ꝯñs falſum:
arguẽdo ab exponentibus ad exponibilem in iſta pro
poſitiõe/ ſortes incipiet eē hõ/ poſito caſu ꝙ ſolꝰ ſit ⁊
fuerit ⁊ ſit futurus homo: Nã ſecunda copulatiua dã
da ē vera/ cuius prima ꝑs ꝓbat̃/ quia ſecunda nota ē/
dico ergo ſic/ ſortes in iſto inſtãti (ſigno inſtãs p̃ſens)
nõ erit hõ/ ⁊ hoc inſtans ē vel erit inſtãs/ g̊ ſortes ĩ ali
quo inſtãti nõ erit homo. Veritas. a. pꝫ: quia in illo in
ſtanti eſt hõ/ ergo in eo nõ erit hõ cum ſit indiuiſibile.
¶ Ad hoc/ oppoſitum opinãtes rñdent ⁊ bñ ꝙ in il
la prima exponẽti debet dici/ ſortes in inſtãti quo erit
non erit hõ: vel ſic (⁊ in idem redit) ſortes in aliquo in
ſtanti futuro non erit hõ.
¶ Sed etiam contra hunc modum dicẽdi militat ar=
gumẽtum factum etiam ſi ly inſtanti reſtringat̃ vt di
ctum ē: nam etiam tũc dabit̃ in primo caſu antecedens
verum ⁊ conſequẽs falſum/ vt aſpiciẽti patet. Ob hoc
igitur argumẽtum dicunt aliqui rectius eſſe ponere
tales propoſitiones in eſſe ⁊ poſtea illas exponere.
¶ Sed etiã cõtra hoc militat argumẽtum factum/ eo
quod tunc illa de futuro eſt vera vt notum eſt: ⁊ ſua đ
ineſſe falſa. Patet hoc/ quia ſi p̃dicto primo caſu ad=
datur/ quod ſortes deſinat eſſe cras cum hominibus
per vltimum ſui eſſe/ ⁊ quod illi homines corrupti re=

naſcantur: ⁊ ſint cum ſorte poſt / exponentes eius erunt falſe que erunt he: ſcilicet ſortes nunc eſt omnis homo: ⁊ non immediate ante hoc fuit omnis homo. ⁊ ſortes nūc nō eſt omnis homo: ⁊ immediate poſt hoc erit omnis homo. Nam prima pars prime copulatiue ⁊ ſecunda ſecunde copulatiue ſunt falſe: ſuppoſita falſitate huius ſemper / adam fuit omnis homo. Et quidem de prima parte prime copulatiue notum eſt. Secūda vero pars ſecunde copulatiue patet / quia eius exponēs prīa eſt falſa q̄ ē hec / ſortes poſt hoc erit oīs hō. ¶ Ad hanc replicam reſpondet quidam doctor negans falſitatem ſcđe copulatiue / ⁊ ad ꝓbationem negat illam datam eſſe eius primam exponentem: ſed (vt dicit) eſt hec / ſortes poſt hoc erit omnis homo: qui immediate poſt hoc erit. ¶ Sed contra hoc replicatur ab alio doctore ⁊ recte quidem dupliciter. ¶ Primo / q̄a tunc idem ſignum exponibile quod ponitur in exponibili ponitur in exponentibus. ¶ Secundo quia ſeq̄retur hanc eſſe falſam / incipit eſſe omnis homo: in caſu q̄ nunc null9 ſit / ſed hora diuiſa per partes ꝓportionales verſus hoc inſtās in qualibet parte ſit vnus homo durans preciſe per illam. Conſequentia tenꝫ: quia hec exponens erit falſa / immediate poſt hoc erit omnis homo: Nam eius prima exponens eſt falſa que eſt hec / poſt hoc erit omnis homo q̄ immediate poſt hoc erit / quia ly homo qui immediate poſt hoc erit / ꝓ nullo ſupponit / quia nullus homo ſignabitur qui immediate poſt hoc ſit futurus. Unde prefatus arguens nō admittit falſitatem huius / adam fuit omnis hō / q̄ nō admiſſo nulla eſt difficultas in argumento / ſed q2 propoſitio illa / adam fuit omnis homo poteſt ſumi in ſenſu ī quo dicitur falſa / dato quod ex rigore nō ſit / oportet ſolutionem aliquam dare. Dicitur ergo quod tenēda eſt vna pars iſtius diſiunctiue. ſ. quod illa propoſitio de qua arguitur ē falſa ſicut ſua de ineſſe: vel quod debꝫ exponi appoſito aliquo ſigno illi termino / homo vt non diſtribuatur pro omni homine futuro abſolute ſed ſub diſiunctione reſpectiue ad copule determinationem: ita vt dicatur ſic / ſortes nunc non eſt omnis homo: ⁊ immediate poſt hoc erit omnis. b. homo. Sed dices / ergo iam non admittis falſitatem huius / adam fuit omnis homo. Ad hoc negatur ꝯña: admitto enim illam falſam: ſed dicā hanc eſſe veram / adam fuit omnis. b. homo. Nam liquidum eſt hanc fuiſſe veram aliquando / adam eſt omnis homo: ergo poteſt intellectus taliter formare vnam ꝓpoſitionem de p̄terito q̄ hoc ſignificet vere / igit̃ eſt aſſignanda illa: ⁊ quia intellectus etiam poteſt habere ſenſum ſub quo negatur ab aliis hec / adam fuit omnis homo non ē omnino talis ſenſus abolēdus. ¶ Reſolutorie ḡdr̃ tales ꝓpoſitiones de extrinſeco tempore ⁊ ꝓpōnes omnes in quib9 ly incipit ⁊ deſinit modificantur eē prius ponēdas in eē q̄ exponant̃. Eſto tamen ſemꝑ cautus vt in exponētibus taliter teneant̃ termini vt ſufficiēter explicēt ſenſum exponibilis / non tamen negandum eſt omnino ꝓpoſitiones de extrinſeco tempore poſſe exponi immediate / vt ex dictis patet / preſertim non admiſſa reproductione temporis. Et ſic in hac propoſitione / chriſt9 incepit eſſe / duo debēt fieri prius q̄ exponat̃. Unū ē vt reſoluat̃. Alterū vt ponat̃ in eē vt clarior ſit expoſitio: licet primum ſufficiat.

¶ Aduerte hic tamen / quod in prima parte dictum eſt in hac materia hanc eſſe falſam / chriſtus incepit eē / ⁊ exponentes vere: ⁊ ſic eſt: ſed vitium eſt in litera ⁊ deficit caſus. Nam exponentes debent eſſe iſte / chriſtus in. a. inſtanti non fuit: ⁊ chriſtus immediate poſt hoc erit / ⁊ caſus eſt / quod humanitas chriſti inceperit ꝑ vltimum non eſſe / ita quod in inſtanti incarnationis fuerit verum dicere / deus nunc non aſſumit naturam humanam: ⁊ immediate poſt hoc aſſumet / ⁊ hoc intelligo ſuppoſito quod iſte exponentes debent poni in eſſe non reſoluendo illas ſed ſic / chriſtus nunc non eſt (ſigno inſtans incarnationis) ⁊ chriſtus immediate poſt hoc erit. Et hoc (vt pꝫ) volui dicere in prima parte.

¶ Tertio arguitur ad idem / non ſequitur / deus ⁊ michael nunc non ſunt / ⁊ deus ⁊ michael immediate poſt hoc erunt / ergo deus ⁊ michael incipiūt eſſe: ⁊ tamen arguitur per regulas: igitur. Quod non valeat pꝫ / quia in caſu quod nūc michael incipiat eſſe per vltimum non eſſe / antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum. Antecedentis veritas eſt nota: ⁊ conſequentis falſitas patet. Bene valet / deus ⁊ michael incipiunt eſſe / ergo deus ⁊ michael ſunt incipiens ⁊ incipiens eſſe: conſequens ē falſum / quia eius vna pars non ſupponit: igit̃.

¶ Ad hoc argumētum ē duplex mod9 dicendi. Quidam dicunt prefatam exponibilem eſſe veram ſicut ſue exponentes oſtendunt. Et ad huius improbationem negant ꝯñam: arguit̃ enim (vt dicūt) ab acceptione vnica ad nō vnicam: eo q̄ negatio incluſa in ly incipit fert̃ vnica acceptione ſupra ly eē in ꝯñte poſitū: ideoq̄ affirmant aliam eē immediate exponendam. ¶ Pro quo ſciēdum (vt ipſi dicunt) q̄ quando termin9 ē pluralis numeri: ſi negatio aliqua ſit cadēs ſuꝑ ipſum explicite tunc dꝫ reſolui taliṫ q̄ negatio cadat in totū vnica acceptione: vt ſi dicam / ſortes ⁊ plato ſunt non videntes debet ſic reſolui / ſortes ⁊ plato ſunt non videns ⁊ videns taliṫ q̄ negatio totum copulatum categorematice neget ⁊ nullam ptē ꝑ ſe. Si vero t̃s pluralis hēat negationem implicitam tūc opꝫ ipſum reſolui ꝑ t̃os ſingularis numeri appoſitis duabus negationib9 ſingulis cadētibus in ſingulas partes: Ut ſi dicam / ſortes ⁊ plato ſunt ceci debet ſic reſolui / ſortes ⁊ plato ſunt non videns ⁊ non videns. A qua regula excipiunt ly differentes ⁊ ly incipientes / ⁊ deſinentes / eo q̄ negatio incluſa in ly differētes (⁊ ſimiliṫ in aliis ſimilib9) cadat vnice ſupra copulatum implicitū: ⁊ ſi reſoluerent̃ caderet non vnice.

¶ Alii vero oppoſitum opinantur aſſerentes prefatam exponibilem eſſe falſam. Hec aſſertio licet communiter reiſciatur / mihi tamen verior videtur vel ſaltem communi modo concipiendi conformior. Quod quidem vel hac ſola ratione perſuadeo. Plurale nil aliud eſt q̄ ſingulare geminatum / ergo geminato ſingulari neceſſe eſt omne id geminari quod eſt de ratione ſignificationis ſingularis: ſed de ratione de ly incipit / in ſingulari eſt negatio / ergo talis negatio debet geminari ergo in reſoluente non vnica ſed duplex negatio debet poni / ergo optime reſoluitur ly incipientes per ly incipiens ⁊ incipiens. Uidetur autem communi modo concipiendi contraire / dicere quod vno ente incipiente ſit verum dicere / omnia entia mundi incipiunt eſſe / quod tamen oppoſitum tenentes concedunt. Sed mihi videtur meli9 eis fuiſſe ponere aliū modum exponēdi tales ꝓpoſitiones q̄ ꝯcedere mille abſurditates ꝓpter ſeruādū modū poſitum. Dicitur ḡ tales ꝓpōnes ſufficienter iudicari veras vel falſas ꝑ reſolutionem p̄dictam: ⁊ veritas reſoluētis ꝑ ſuppoſitionem ꝑtium ⁊ partium ſuppoſitiones per verificationes earum: ⁊ cuiuſlibꝫ verificatio per expoſitionē. Un

de p̄fata ꝓpoſitio erit falſa/ q: hec ē falſa/ deus ⁊ mi-
chael ſunt incipiens eſſe ⁊ incipiens eſſe: quia vna ps
predicati non ſupponit. Iſta autem erit vera/ ſortes ⁊
plato incipiunt eſſe/ dato quod vnū per primū eē ⁊ al
ter per vltimum non eſſe incipiat eſſe. Quis enim nō
concederet hanc in primo inſtanti creationis celi/ celū
⁊ motus eius incipiunt eſſe: Et tamen celum incepit ꝑ
primum eſſe: ⁊ motus per vltimum non eſſe: que tamē
eſſet falſa/ ſi immediate eſſet exponenda/ ſaltem eo mo
do quo alij dicunt. Fateor tamen ꝓpoſitiones ī qb⁹ ta
lia verba ponunt in plurali eſſe exponēdas immedia-
te/ ſi ponat aliqua determinatio q̄ ſolum poſſit compe-
tere ꝑtibus ſubiecti ſimul ſumptis. Nam ſic cōis mo-
dus cōcipiēdi nō ↄcipit inceptionem competere parti
bus p ſe: ſed vni reſpectiue ad alteram/ vt toti reſultā
ti ex illis vel aliquo alio modo. Añ iſtam ↄcederem ve
ram in dicto caſu. ſ. deus ⁊ michael incipiūt eē binari⁹
¶ Sed argues q̄ ēt iſta poteſt exponi immediate. ſ. de⁹
⁊ michael incipiunt eſſe: quia ly eſſe eſt quedam deter
minatio que videtur determinare vnice partes ibi in-
cluſas.

¶ Ad hoc nego ↄñam: ⁊ nego ly eſſe taliter determi-
nare partes in communi hominum ſenſu: alioqñ hec
eſſet falſa/ ſortes ⁊ plato incipiūt eſſe: ſi ly eſſe taliter de
terminaret ptes ibi incluſas. Nam tunc vnum ⁊ idem
eſſe deberet competere vtriqꝫ/ quod non opꝫ. Nec ꝑ-
deſt dicere/ ibi ly eſſe confundi/ quia dato quod cōfun
deretur oporteret fieri quod dictum ē: alioquin cōfun
ditur vnica determinatio cum non vnica. Añ (vt com
muniter homines intelligunt) non refert dicere/ deus
⁊ michael incipiunt eſſe: ⁊ dicere deus ⁊ michael ſunt
incipiens ⁊ incipiens eſſe. Unde reſolutorie dicitur/
quod in talibus propoſitionibus aſpiciendum eſt/ an
tales propoſitiones equiualeant in comuni omniū ho
minum ſenſu copulatiuis/ dato ꝙ ly ⁊ ſumat complexi
ue: ita ꝙ ab vna ad reliquam ſit ↄſequentia materialis
ad minus/ ⁊ tunc earum veritas iudicanda eſt modo
predicto: vel ꝑ reductionem ad copulatiuam. Si vero
hoc non accidat/ poterit exponi immediate. Meli⁹. n.
arbitror vt varientur modi cognoſcendi veritatem/
q̄ quod diuerſi modi concipiendi regulentur ꝑ vnum
modum exponendi. Sufficiens enim cauſa in iſtis vi-
detur eſſe diuerſitas in communi intellectione. Non
enim ob aliud ſuperlatiuum poteſt exponi affirmatiue
⁊ negatiue: niſi quia proferens tales ꝓpoſitiones di-
uerſimode poteſt concipere/ lꝫ verba vel ſcripture nō
differant materialr: ſiue ſic vel ſic ſumant. Si vero ali-
cui libuerit trahere potius modum ↄcipiendi ad mo-
dum exponendi q̄ ecōtra/ poterit dicere vt alij dicūt/
ſed illud potius videt eē imponere voces nouiter ad
ſignādum: q̄ iudicare de eis ſcḋm quod communi-
ter hominibus ipſe voces ſignificāt.

¶ **Quarto arguitur/ non valet/ ſortes inci-**
pit ꝑtranſire ponte: ergo ſortes nūc ꝑtrāſit pontem/
⁊ nō immediate ante hoc ꝑtranſiuit pontem/ vł ſortes
nūc nō ꝑtrāſit pōtē: ⁊ immediate poſt hoc ꝑtranſibit
pontem: ⁊ tamē arguit ſcḋm regulas igit. Quod non
valeat pꝫ: in caſu ꝙ nunc ſortes incipiat moueri ſupra
pōtem ꝑ vltimum non eē motus/ añs ē verum ⁊ ↄñs
falſum. Ueritas añtis nota apparet. Cōſequētis falſi-
tas pꝫ/ quia ſi aliqua pars illius diſiunctiue eēt vera:
eſſet ſecunda copulatiua: ſed illa eſt falſa: igitur: Conſe
quentia tenet/ q: pertrāſitio eſt rerum ſucceſſiuaꝝ/ ⁊c
ergo debet incipere per vltimum nō eſſe: ⁊ non ꝑ pmū
eſſe: ⁊ hoc importat ſecunda copulatiua: igitur. Sed ꝙ
illa ſit falſa patet: quia eius ſecunda pars eſt falſa:
Pꝫ hoc/ quia hec eſt falſa/ ſortes immediate poſt hoc
pertranſibit pontem: ⁊ hec eſt ſcḋa ps igitur. Minor
eſt nota ⁊ patet maior: quia bene valet/ ſortes imme-
diate poſt hoc pertranſibit pontem: ergo immediate
poſt hoc ita erit quod ſortes pertranſit pontem: conſe
quēs ē falſum: ergo ⁊ añs. Falſitas conſequentis (po-
ſito ꝙ ꝑtranſitio pontis duret per horam) patet ſic/ ſi
ↄñs illud non eſt falſum ſequitur ꝙ in quolibꝫ inſtāti
illius hore ē verum dicere ꝙ ſortes ꝑtranſiuit pōtem:
quod eſt impoſſibile. Cōſequētia tenet/ q: illa de ineſſe
ē vera in quolibꝫ inſtāti: ⁊ in quocunqꝫ inſtāti ſignato
erit dabile ante illud vnum aliud in quo vna de p̄ſen-
ti fuit vera/ ergo aliqua de p̄terito erit vera in ſequēti
inſtanti. Ex quo ſequitur quod aliqua de preterito eſt
vera ⁊ non neceſſaria: cum in medio hore ſortes poſ-
ſit obire.

¶ Ad hoc argumentū multiplex ē mod⁹ dicēdi. Qui
dam enim diſtingunt d ly ꝑtrāſire: q: vel vnit in ordi
ne ad inſtās vel in ordie ad tēp⁹. Si p̄mum (vt dicūt)
ē impſſis ſicut exponētes. Si vero vniat in ordine ad tē
pus dicunt illam eſſe veram ⁊ ſue exponētes ſimilr/ ⁊
cōcedunt totam deductionem vſqꝫ ad id inconueniēs:
quod adducitur. ſ. ꝙ eſſet dabilis aliqua de p̄terito ve
ra que non ſit neceſſaria. Nam illud non eſt inconue-
niens in illis de preterito/ quarum veritates depēdēt
ab alijs de futuro/ nunc autem ſic eſt: poſito quod illa
de p̄terito dependeat ab hac de futuro contingenti. ſ.
ſortes peruenit ad finem pontis.

¶ Sed hac ſolutiōe ſtante/ hec ꝓpō eēt cōcedēda anti
chriſtus icipit eſſe. Nā oſtenſo toto tēpore vſqꝫ ad tps
totum antichriſti in iſto in inſtāti ichoatiuo huius tē-
poris antichriſtus non eſt/ ⁊ immediate poſt hoc erit/
ſuppoſito quod ly erit vniat in exponētibus ⁊ in expo
nibili in ordine ad tempus. Et multa alia cum his ad
ducuntur ab alijs que manifeſte pugnāt cum commu
ni hominum ſenſu. ¶ Alij igit dicunt exponibilem eē
impoſſibilem ſicut ⁊ ſue exponentes. ¶ Alij diſtingūt
de ly petranſire. Nam vel eſt idem quod totum ſpa-
tium ambulare: ⁊ ſic illa eſt impoſſibilis. Uel ſumitur
prout idem eſt quod moueri per aliquam partem ſpa-
cij ⁊ ſic eſt vera: ⁊ in iſto ſenſu communiter ſumitur.
Et ſic vltimus modus videtur mihi rationabilior pri
mo: Nam communiter homines vocāt ipſum motum
ſuper aliquam rem tranſitum ipſius rei p̄ſertim qñ id
quod mouet ad hoc mouetur vt totū ſpacium ↄpleat
vel transcurrat.

¶ Sed dices contra/ ergo iſta propoſitio non poteſt
eſſe vera/ ſcilicet/ ſortes pertranſibit pontem: conſe-
quens non eſt dicendum: ergo nec antecedens. Con-
ſequentia tenet: quia illa eſt vna de futuro que nun-
quam habebit vnum de preſenti veram: igitur. Hoc
patet: quia ſi poteſt habere/ eſſet iſta/ ſortes pertran-
ſit pontem: ſed hec non poteſt eſſe vera igitur. Quod
non poſſit eſſe vera patet/ quia vel ly pertranſit vnit
pro inſtanti vel pro tempore. Si primum eſt impoſſi-
bilis/ quia tunc ſenſus eēt/ ſortes in aliquo inſtāti mo
uetur per partem pontis. Si ſecundum/ vel illud tem
pus eſt tota hora per quam fit tranſitus: vel aliqua e-
ius pars. Non primum/ quia illud tempus menſurat
motum totius pontis ⁊ non alicuius partis: ⁊ tamen
tu dicis ꝙ ly ꝑtranſire ſignat motum illius partis Si
ſcḋm/ vel eſt vltima ps hore vel aliqua alia. Non vlti
ma: q: illa non ē: nec aliqua alia: q: tūc ī caſu ꝙ ſortes
non veniret ad finem pōtis illa de p̄ſenti eēt vera: Pꝫ
hoc: quia antequam ſortes veniat ad finē pontis verū

eſt dicere/ſortes mouetur per hanc ptẽ põtis.

¶ Ad hanc replicam dicitur/quod exiſtẽte ſolutione data/ipſa ꝓcedit ex falſa imaginatione. Nam ꝓcedit/ac ſi hec ꝓpoſitio/ſortes ꝑtranſibit põtẽ: ſumatur in hoc ſenſu/ſortes finiet motum ſuper põtem/quod eſt falſum: Sed ſenſus eſt: ſortes mouebiť per aliquã partem pontis: ⁊ illa habebit hanc de ineſſe/ſortes moueť per iſtam partem pontis/ly mouetur vniẽte pro toto tempore illius motus. Et ſi queras an iſta poterit eſſe vera/ſortes pertranſibit pontem: vt ly pertranſibit dicat completionem motus? Dicitur quod ſic: ⁊ ſua de ineſſe erit iſta/ſortes pertranſit pontem: que vera eſt in inſtãti terminatiuo motus q̃ dꝫ terminari in lines terminatiua põtis: in q̃ inſtãti ẽ verũ dicere/ſortes icipit ꝑtrãſire põtẽ: ⁊ ſortes deſinit ꝑtrãſire põtẽ quia ſenſus eſt/ſortes in iſto inſtanti incipit finire motum: ⁊ ſortes in eodem inſtanti deſinit finire motum ⁊ cum finis motus ſit inſtanti in quo eſt vltimum mutatum eſſe completum/quod proprie ſolum reſpicit inſtans: ſequitur illam copulatiuam eſſe veram: ſicut hec eſſet vera gabriel nunc incipit eſſe ⁊ deſinit eſſe/ſi angelus crearetur duraturus tantum per vnum inſtans. Veritas autem illius copulatiue patet per exponentes propoſitionis de incipit per primum eſſe/⁊ propoſitionis de deſinit per vltimum eſſe. Fateor autem propoſitionẽ apparere abſurdam/eo ꝙ non ſumatur in illo ſenſu communiter.

¶ Quinto arguitur/non ſequitur/ nũc motus celi non eſt: ⁊ immediate poſt hoc erit/ergo celum incipit moueri: ⁊ arguitur ſecundum regulas igitur. Quod non valeat patet/quia rebus vt nunc antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum. De conſeq̃ntis falſitate notũ ẽ: añtis veritas pꝫ: quia ly nunc quando dicitur/nunc motus celi non eſt ſignat inſtãs ⁊ motus nõ poteſt eſſe inſtãti: igitur ꝑma exponẽs ẽ vera: ⁊ de ſcđa non eſt dubium: igiť.

¶ Ad hoc argumẽtum negatur maior. Et ad probationem negať antecedẽs. Et ad eius probationem nego hanc eſſe veram/nunc motus celi non eſt/quia ſua contradictoria eſt vera: ſcilicet/nunc omnis motus celi eſt. Pro quo aduerte non eſſe idem dicere/motus celi eſt in inſtãti/⁊ in inſtanti eſt motus celi. Nam ſenſus prime eſt/quod motus celi menſuretur inſtanti/⁊ ſecunde quod in inſtanti ſit verum dicere motus celi eſt. Pro quo oportet meminiſſe illius quod in prima parte dictum eſt de entibus ſucceſſiuis.ſ.ꝙ quãdo aliquod diuiſibile continuatiuum entis ſucceſſiui eſt/ẽ verum dicere/ens ſucceſſiuum eſt: ⁊ cum illud diuiſibile ſit in inſtanti/tunc erit verum dicere ens ſucceſſiuũ eſſe: ⁊ ſic iſta eſt vera/nunc eſt motus celi: que licet nũc ſit vera: non tamen infert motum celi eſſe inſtanti tanquã in menſura: ac proinde ſua contradictoria erit falſa. Verũ ẽ tñ ꝙ indifferẽter dicim⁹/nũc mot⁹ ẽ: ⁊ mot⁹ ẽ nũc. Sed vt denoteť veritas ſenſuũ bonũ erit h̃re diuerſummodum loquendi.

¶ Sexto non valet/ſortes nunc nõ peccat/⁊ immediate poſt hoc peccabit/ergo ſortes icipit peccare: ⁊ tamen arguitur ꝑ regulam igitur. Quod non ſequatur patet/quia in caſu quod deus precipiat ſorti vt diligat deum in vno inſtanti intrinſeco hore (vocatur autem inſtans intrinſecum quodlibet inſtãs q̃d non ẽ inchoatiuum aut terminatiuum hore. Nam iſta duo dicuntur extrinſeca. Vltra volo ꝙ ſortes non diligat deum per totam horam) tunc in inſtanti inchoatiuo hore: antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum. Conſequentis falſitas patet/falſum eſt dicere quod in illo inſtanti incipiat peccare cum poſſit diligere deum in inſtanti medio illius hore: ⁊ tunc nõ peccabit: ⁊ per conſequẽs non in illo inſtanti incipit peccare. Veritas antecedentis probatur quoad ſecundam partem/quia de prima notum ẽ/ſic: bene valet/ſortes poſt hoc peccabit: ⁊ non erit dabile inſtans poſt hoc quin inter illud ⁊ hoc peccabit: igitur ſortes immediate poſt hoc peccabit. Conſequentia eſt nota: ⁊ antecedens quo ad primam partem. Secunda vero patet: quia in aliquo inſtanti ſortes peccabit/⁊ non eſt potior ratio de vno q̃ de alio/ergo dato quolibet inſtanti inter illud ⁊ inchoatiuũ hore peccabit. Prima pars antecedentis eſt nota vt patet ex precepto. Secunda vero probatur/quia ſi potior ratio eſſet de vno inſtanti q̃ de alio eſſet quia peccabit in vltimo: ſed illud non ẽ dabile: q2 non dať vltimum inſtãs cõtinuatiuum temporis: igiť habetur propoſitum.

¶ Antequam ad argumentum reſpondeatur in forma/oportet videre quando ſortes peccat in dicto caſu. Pro quo ſciendum aliquos dicere/ſortem peccare in inſtanti terminatiuo hore. Et ratio eſt/quia illud eſt peccatum omiſſionis quod non imputatur vel perfecte completur: niſi quando homo ſe reddit impotentem ad implendum preceptum: ſed nunquam ſortes fuit impotens ad hoc niſi in inſtanti terminatiuo hore: ergo tunc primo peccauit/quia tunc primo fuit impotens. ¶ Sed cotra hoc videtur eſſe: quia ſortes tenebatur diligere ante inſtãns terminatiuum ⁊ non dilexit ante inſtans terminatiuum: ergo ante illud peccauit: ergo non peccauit in inſtanti terminatiuo. Ob hoc aliqui dicũt ꝙ ſortes peccauit in tota hora categorematice ⁊ inadeq̃te/nõ tñ adeq̃te/nec i aliqua ei⁹ pte aut in inſtanti adequate.

¶ Sed cõtra hoc ſic arguo/pono caſum ꝙ deus dicat ſorti exñti in pctõ/nõ pecces ampli⁹ in aliquo inſtãti intrinſeco hui⁹ hore ſeq̃ntis: ⁊ dabo tibi grãm q̃ primũ impleueris hoc preceptum: ⁊ ſit ita ꝙ ſortes nõ peccet. Quero qñ ꝑmo de⁹ dabit ſibi gratiam? nõ inſtãti terminatiuo hore q2 ante illud impleuit p̄ceptum: non inſtanti vltimo: quia illud non ẽ: neq; in tota hora adeq̃te/q̃d ſic ꝓbo/grã incipit ꝑ ꝑmũ eẽ/ꝗ tota põt eẽ i aliq̃ inſtãti/ꝗ eius datio non menſurať tꝑe.

¶ Ad hoc poſſet aliquis dicere q̃ imediate añ inſtãs terminatiuum in aliquo inſtanti deus dabit illi grãm vt ly in aliquo inſtanti ſtet confuſe tantum: ⁊ ſic datio gratie non menſurabitur tempore. ¶ Sed cõtra hoc replicatur/illa propoſitio eſt falſa: ergo ſolutio nulla: Añs patꝫ per eius exponẽtes: nam prima ẽ falſa que eſt hec/ante inſtans terminatiuum deus dabit grãm. Hoc patet: quia vel ly dabit vnit pro tempore vel pro inſtanti. Nõ primum: quia datio gratie nõ mẽſurať tẽpore. Nec ſcđm/q2 tale inſtãs nõ ẽ ſignabile/cum ibi ſtet determinate: igiť ⁊c.

¶ Aliter ergo videť mihi dicẽdum eẽ. Pro q̃ ſciẽdũ ẽ primo: ꝙ lꝫ ꝑ ſe actus intellectus ⁊ volũtatis nõ mẽſurẽť tꝑe quia poſſunt eẽ in inſtãti: tamẽ ꝑ accidens non inconuenit ibi interuenire tempus: ꝑſertim quando eſt neceſſe ꝙ deliberatio precedat actum voluntatis: ⁊ talis deliberatio ſit cum collatione plurium rationum: vel quando oportet prius memorari alicuius preteriti: vel ꝓuidere aliquod futurũ vel aliquid huiuſmodi.

¶ Scđo ſciẽdum/ꝙ lꝫ tẽpus ⁊ motus ⁊ oẽ ſucceſſiuũ mathematice ſit diuiſibile i infinitũ/nõ tamẽ phiſice. Unde ẽ dabilis motus adeo paruus ꝙ nõ põt diuidi phiſice: ⁊ ſimiliter pars temporis aliqua dabiť men-

ſurans illum motum qua minor non poteſt menſura=
re illum motum. ¶ Tertio ſciēdum ꝙ homo in ſtatu
huius vie nō poteſt per plurimum temporis ꝑſiſtere/
cogitans ſolū vnam rem: quin ſibi adueniant varie co=
gitationes. Dicitur ergo/ ꝙ in illo caſu ſi ſortes dimi=
ſit implere preceptum ꝑ totam horam quod peccauit
in inſtanti inchoatiuo temporis a deo parui vt nō poſ
ſit in eo elicere actum de quo erat preceptum/ ⁊ illud
tempus erit indiuiſibile phiſice / licet non mathema=
tice: ſi habuit curam ſufficiētem ad hoc vt non obliuiſ=
ceretur culpabiſr illius precepti licet alie cogitatiōes
ei ſe offerrent. Si vero ante finem hore fecit aliq̄d quo
ſe impoſſibilitauit ad preceptum illud implēdum dr̄ ꝙ
tunc primo peccauit: vel qñ voluit illud impedimētum
apponere.

¶ Sed contra hoc replicatur Pono caſum quod ſor
tes habeat talem curam circa memoriam illius prece=
pti quod ſemper per totam horam ſit in actu cogitās
illud: ⁊ quod non habeat neceſſe deliberare per tēpus:
ſed quod i inſtanti ſolum poſſit producere actum voli
tionis vel nolitionis. Et hoc ſtante/ quero quādo ſor
tes peccabit? ¶ Ad hoc reſpondetur quod in vltimo
inſtanti intrinſeco hore. ¶ Sed dices contra/ quia
nullum tale eſt: alioquin illud eſſet immediatū inſtan
ti terminatiuo: ⁊ ſic darēt in tp̄e duo inſtātia immedia
ta: quod eſt impoſſibile.

¶ Pro huius replice ſolutione ſciendum quod inſtā
tia ſunt duplicia. Quedam enim ſunt inſtantia tempo
ris continui. Alia vero temporis diſcreti. Et de pri=
mis verum eſt eſſe impoſſibile duo inſtantia eſſe imme
diata. Nam dato oppoſito ſequeretur continuum cō=
poni ex indiuiſibilibus/ quod eſt impoſſibile. Inſtan=
tia vero temporis diſcreti bene ſunt immediata. Nam
tale tempus componitur ex multis inſtantibus/ ſicut
numerus ex multis vnitatibus: vt doctor ſanctus di
cit in multis locis. Tūc dicitur quod ſi ſumātur ſola
actio intellectus ⁊ actio volūtatis ſcd̄m ſe vt ſumūt
in replica: ⁊ ſecundum menſuram ſibi proportiona=
tam menſurantur inſtantibus non temporis conti=
nui ſed diſcreti: ⁊ talia inſtantia ſimul non coeſiſtunt
inſtantibus temporis continui / ſed bene temporis
partibus: ita quod vnum inſtans temporis diſcreti/
poteſt coexiſtere vni diei tp̄is noſtri: ac ꝓinde ſicut ꝑ=
tibus temporis non repugnat eas eē immediatas: ita
nec illis inſtantibus repugnat.

¶ His habitis/ ad argumentum reſpondendo in for=
ma negatur maior. Et ad probationem negatur ante=
cedens. Et ad probationem negatur veritas exponen=
tis ſecunde. Nam ſiue vniat ly peccabit pro inſtanti
temporis continui/ prout dixi in prima ſolutione: ſiue
pro inſtanti temporis diſcreti: illa exponens vbi po=
nitur ly immediate erit falſa: vt patet exponēdo illam
ratione de ly immediate. Et ſic dicitur quod ſortes pec
cabit i vno inſtanti temporis diſcreti quod erit imme
tū inſtāti terminatiuo hore: ⁊ illo erit verū dicere: nūc
ſortes incipit peccare.

## ¶ Septimo/ non valet/ michael nunc non

eſt/ ⁊ immediate poſt hoc erit/ ergo michael incipit eſ
ſe: ⁊ tamen arguitur per regulas: igitur ⁊cetera. Quod
non valeat patet / in caſu quod nunc non ſit michael/
ſed illum producat deus in hora ſequenti ſubito: id eſt
non in inſtanti aliquo determinato/ ⁊ intrinſeco hore:
nec in aliquo tempore adequate / ſed inadequate: ita
vt non poſſit dari tempus quantumcunq ſignetur
aliquod paruum tempus in quo adequate producatur

Et quod tūc antecedēs ſit verum patet: ⁊ pono quod
ſimus in inſtanti inchoatiuo hore: ⁊ quod deus in iſto
producat gabrielem: ⁊ arguo ſic / deus poteſt produ
cere michaelem immediate poſt gabrielem: ſubito tūc
antecedens pro vtraq exponente eſt verum: igitur ⁊c.
Conſequentis vero falſitas patet: quia ſi talis angelꝰ
incipit eſſe q̄ritur in quo inſtanti incipit? vel in aliquo
inſtanti inchoatiuo hore/ ⁊ hoc non: quia eſt res per=
manens / ⁊ non poteſt incipere niſi per primum eſſe/
nec in aliq̄ alio/ quia quocunq dato ante illud fuit.
Hoc patet: quia ſi non fuit ante illud ⁊ in illo eſt/ ergo
incipit eſſe in inſtanti: igitur non ſubito quod eſt con=
tra caſum. Si forſan dicas illū incipe eē i inſtāti termi
natiuo hore. Cōtra/ volo ꝙ tm̄ duret angelꝰ ille ꝑ horā
⁊ anihiletur in fine hore.

¶ Ad hoc argumentum communiter dicit regulas
pati inſtātiā admiſſo caſu poſſito. Alij aūt hoc itēdūt
dicētes regulas non habere verum quando deſitio. ꝟ.
inceptio rei non menſuratur inſtāti/ ſed tempore. Un=
de dicūt hāc cōſequētiam nō valere/ hoc lignum diui=
detur: ⁊ nūc nō ē diuiſum/ ḡ incipit vel incipiet diuidi:
caſu poſito ꝙ in tota hora ſequēti hoc lignū diuidatur
ita ꝙ in inſtanti terminatiuo hore ſit actu diuiſum/ ⁊
nullo modo ante.

¶ Sed pro argumenti ſolutione eſt notandum quod
ſecundum doctorem ſanctum ⁊ veros philoſophos ca
ſus primus eſt impoſſibilis. Et ratio eſt/ quia ꝓductio
angeli non poteſt menſurari tempore ſed inſtanti.
Nam cum eius eſſentia nullas habeat partes ſed ſit
omnino indiuiſibilis/ non eſt intelligibile talem eſſen=
tiam menſurari/ mēſura habēte ptes: alioquin mēſura
⁊ mēſuratū non erunt hōgenea. ¶ Sed dices cōtra/ er
go deus non poteſt producere vnum angelum imme=
diate poſt alium/ conſequens eſt falſum ergo ⁊ antece=
dens. Conſequentia probatur: quia tūc productio nō
menſurat tempore per te nec in inſtanti: quia nullum
tale eſt ſignabile. Quod ſi neges/ ſignetur: ⁊ ſit. a. ſic
arguo/ inter. a. ⁊ inſtans productionis primi angeli
mediat tempus/ ergo non immediate poſt primum eſt
ſecundus productus. Conſequentis vero falſitas pa=
tet: quia abſurdum videtur dicere/ quod ſi deus pro=
duxit vnum angelum neceſſario debet expectare tran
ſitum temporis vt alium producat.

¶ Pro huius replice ſolutione ſciendum quod ly im
mediate ſumit multipliciter. Uno modo categorema=
tice: ⁊ ſic aliqua ſe habere immediate / aliquādo idem
eſt ꝙ eorum vltima eſſe ſimul : ⁊ ſic dicitur ignem eſſe
immediate poſt celum lune. Aliquando idem ē quod
aliquorum vltima eſſe vnum: ⁊ ſic dicimus ꝙ ꝑs tem=
poris immediate succedit parti temporis. Aliquando
idem eſt ꝙ duo eſſe ſine medio actuali: ⁊ iſto modo ſi eſ
ſet vacuum inter celum ⁊ terram illa corpora eēnt im
mediata. Si vero ly immediate neget medium poſſibi
le/ illa eēt propoſitio falſa. ¶ Alio mō ly immediate ſu
mitur ſincategorematice/ ⁊ hoc dupliciter. Uno mo=
do vt attribuitur rebus permanentibus vel ſucceſſi=
uis: ⁊ tūc ſumitur exponibiliter: ⁊ debet exponi ſicut
ſupradictum ē: ⁊ tūc dicit ꝙ non eſt poſſibile vnum an=
gelum immediate ꝓduci poſt alium: ſumpto ly imme
diate exponibiliter. Hoc ꝑꝫ/ quia ſequeret ipſum eē ꝓ
ductum in aliquo inſtāti: ⁊ in nullo inſtanti eſſe produ
ctum: qd̄ manifeſte implicat contradictionem. Et lo=
quor de angelo vno determinato in preſenti Dico
hoc/ nam ſi admitteretur eſſe poſſibile deum produ=
cere in quauis parte proportionabili hore ſequen=
tis vnum angelum/ tunc iſta eſſet vera / immediate

Poſt hoc erit angelus/iſta exiſtente falſa/angelus erit immediate poſt hoc. Dixi ſi admitteret̃ nã tenẽdo eſſe impoſſibile in infinitum poſſe eſſe/nõ facile apparet q̃d rectius negaretur vel illa productio in qualibet parto proportionali/vł illa admiſſa ꝙ angeli creati nõ poſſint cõſeruari. Sed hec tanquam ad argumẽtum nõ ꝑtinentia omittũtur in preſenti.

¶ Dicit̃ ergo amplius/quod duo angeli non poſſunt eſſe immediate primo vel ſcđo modo/qꝛ nõ ſunt quãti.

¶ Dicitur vltra deum poſſe facere vnum immediate poſt alium tertio modo. Vñ ad replicam nego ꝯñam/⁊ ad eius ꝓbationem do ſecundum: ⁊ ad eius ꝓbationem nego añs ⁊ ſigno .a. inſtãs. Et ad ꝓbationẽ nego quod inter illud inſtãs ⁊ aliud mediet tempus: immo talia inſtãtia ſunt immediata: eo ꝙ nõ ſint inſtãtia temporis continui: ſed euiternitatis vel temporis diſcreti. Et ſic ceſſant omnes obiectiones que tũc poſſũt fieri ⁊ fiunt ab aliis: que certe duxũt eos ad ꝓpoſitiones concedẽdas que ſic videntur medio carere in ſua falſitate/ſicut ly quodlibet ẽ vel nõ ẽ in ſua veritate: Paſſim enim cõcedunt oppoſitum .ſ. vnum angelum poſſe ꝓduci immediate poſt alium in ſenſu negato: tenẽtes aliquem angelum poſſe eſſe in vna hora ⁊ in nullo inſtãti illius hore/⁊ quod angelus erit/nec incipiet eſſe: ⁊ qui nec eſt nec erit in aliquo inſtãti. Et vltra/ quod aliquid adeo cito corrumpetur ſicut ꝓducetur: quod nec deſinit, nec deſinet eſſe/nec erit in aliquo inſtanti.

¶ Illud vero dictum eorum ſcilicet prefatam expoſitionem nõ deſeruire rebus quarum inceptio vel deſitio eſt in tempore verum eſt. Nec primum dictum ẽ reprobatum/niſi quo ad caſus admiſſionem. Et quod aliud ſit verum pꝫ/quia hec fuit vera in principio creationis lune/incipit totus motus lune eſſe. Et loquor/ac ſi tales ꝓpoſitiones tunc fuiſſent formate. Et conſimiliter dicendũ eſt de illa/incipit lignum diuidi: ſi loquamur de diuiſione totali durante per horam. Et de aliis ſimilibus.

¶ **Octauo nõ ſequitur/ſortes in hoc inſtanti** incipit eẽ/g̃ ſortes in hoc inſtanti eſt: ⁊ nõ immediate ante hoc fuit/vel ſortes nunc non eſt: ⁊c. ⁊ tamẽ arguitur per regulas igitur. Quod non valeat patet: in caſu quo ſortes non incipiat eſſe ſed fuerit ⁊ nunc ſit cõſequẽtis falſitas liquet: ⁊ añtis veritas ꝓbatur: bene valet/ſortes incipit eſſe in hoc inſtanti: ergo ſortes in hoc inſtãti incipit eſſe: ⁊ antecedẽs eſt verum ergo ⁊ conſequẽs. Veritas añtis pꝫ. Bene valet/ſortes nũc eſt in hoc inſtanti: ⁊ non immediate ante hoc fuit in hoc inſtanti: igitur ſortes incipit eẽ in hoc inſtãti.

¶ Ad argumẽtum hoc reſpõdetur negãdo maiorem. Et ad eius ꝓbationem negat̃ veritas añtis: ⁊ ad ꝓbationem negatur cõſequẽtia: nam variatur appellatio ex parte illius determinationis: eo ꝙ in cõſequẽte denotatur inceptionem ſimpliciter .i. ſecũdum ſubſtãtiam conuenire ſorti exiſtẽti in inſtanti demõſtrato: ⁊ in conſequẽte denotat̃ ſolũ quod ſortes incipiat eſſe in illo inſtanti in quo antea nõ fuerat: ⁊ ob hoc multũ refert dicere/ſortes in iſto loco incipit eſſe: vel ſortes incipit eſſe in iſto loco. Si vero proferens propoſitionem non faciat vim in hoc quod determinatio precedat vel ſequatur diſtinguenda eſt penes hoc quod determinatio poteſt determinare ly incipit vel ly eſt/licet in rigore dicendum ſit vt dictum eſt. Si autem determinatio mediet inter ly incipit ⁊ li eſt/bonum erit apponere diſtinctionem dictam. Exemplum patet hic/ſortes incipit in hoc loco eſſe.

¶ Dicitur ergo reſolutorie ad argumentum exponibilem eſſe falſam ſicut ⁊ exponẽtes. ¶ Sed cõtra hoc arguitur. Si dicta eſſent vera/ſequeretur hanc eẽ veram/ſortes moritur in iſto loco/ſignato loco in quo nunc eſt/⁊ in quo non immedate poſt hoc erit/manens tamen ſemper/cuius conſequens eſt falſum/ergo ⁊ dicta. Conſequentia ſic patet/bene valet/ſortes deſinit viuere in iſto loco: ergo ſortes moritur in iſto loco: ⁊ antecedens eſt verum ergo ⁊ conſequens. Conſequentia vero patet/hec conſequentia eſt bona/ſortes deſinit viuere/ergo ſortes moritur: ergo ⁊ illa: ⁊ antecedens eſt verum ergo ⁊ conſequens. Conſequẽtia vero tenet/quia ſi aliqua conſequẽtia eſt bona ⁊ idem addatur in antecedente ⁊ conſequente illa reſtabit bona: igitur. ¶ Ad replicam hanc multi concederent conſequẽtiam concedentes idem eſſe ſortem mori in iſto loco/⁊ ipſum deſinere viuere in iſto loco. Vbi determinatio determinat ly viuere. Hoc tamen communi modo loquẽdi ⁊ cõcipiendi repugnat. Unde ad replicam negatur cõſequẽtia. Et ad probationem negatur cõſequẽtia. Et ad probationem etiam negatur conſequẽtia. Et ad probationem dicit̃/illam regulam eẽ veram ſi proprietates logice ſaluentur: quod in preſenti nõ fit/eo quod varietur appellatio/ꝓpter quod non valet/ſi homo eſt riſibilis ergo homo eſt ſenſibilis/ergo ſi homo per ſe primo eſt riſibilis homo per ſe primo eſt ſenſibilis. Dicitur ergo quod in communi locutione quãdo dicitur/ſortes mortuus eſt hic: vł ibi: in ly mortuus includitur quod ſortes deſinit viuere hic vel ibi: ille tamen determinationes non debent determinare ly viuere/ſed ly deſinit. Nam ſenſus eſt quod ſortes exiſtens hic vel ibi deſinit viuere abſolute: ⁊ iſte ſenſus debet ſumi in communi locutione: ſiue determinatiões ponantur poſt ly mortuus: ſiue ante: qꝛ ſic hẽt vſus. Vñ dr̃ hiſpane. Silueſtre dexo đ biuir en feuilla/y ſe fue a biuir ala cibdad de cordoua. Ob hoc tamẽ non diceremus hiſpane/ſilueſtre murio en ſeuilla y ſe fue a cordoua: Et ſic non eſt neceſſe concedere propoſitiones innumeras quas alij concedunt in hac materia.

**Nono arguitur/iſte contradicunt/incipit** eſſe homo: ⁊ nullus homo incipit eſſe: ⁊ tamen ambe ſunt vere ſi modus exponendi eſſet bonus: igitur. Maior videtur nota: ſed minor probatur: in caſu quod nullus hõ ſit ſed diuiſa hora ſequente per partes proportionales: in qualibet parte ſit vnus homo ambe ſunt vere: igitur. Quod ambe ſint vere patet/⁊ primo de prima. Bene valet/nunc non eſt homo: ⁊ immediate poſt hoc erit homo: ergo incipit eſſe homo. De ſecunda pꝫ: quia hec eſt falſa/homo incipit eſſe: g̃ alia eſt vera: cum ſit ſua veriſſima contradictoria. Quod autem illa ſit falſa notum eſt: cum nullam deſcẽdẽtem habeat veram. Si forſan dicas eas non eſſe contradictorias/eo quod in vna terminus vnus diſtribuit̃/añ ſignum ſpeciale confuſionis ⁊ non in alia ſtat confuſe poſt tale ſignum. ¶ Contra hoc/qꝛ hec ꝯditio communiter iam nõ ponitur: ergo ob huius defectum nõ deſinunt eſſe contradictorie.

¶ Ad argumentum bene reſponſum eſt vſqꝫ ad replicam: ad quam reſpondetur dupliciter. Primo/ꝙ non totaliter tollitur ſed reducitur ad alias: eo quod li incipit includit vniuerſalitatem quando affirmatur ꝓut ſit in prima: ⁊ ſic ſtat in ordine ad ly homo ſtans cõfuſe: ⁊ ſic oportet vt in negatiua mutetur in particularitatem ſtãtem determinate: quod nõ poteſt fieri/niſi

ſi dicaꝶ ſic/non incipit eſſe homo ⁊ ſic in idem redeũt ambo dicta ¶ Secundo diciꝶ neceſſe eſſe illam conditionem (vt iacet) manere: eo ꝙ non omnis terminꝰ cõfundens alium includit vniuerſalitatem. Nam ſi dicã ignis appetit locum ſurſum/ly locum ſtat cõfuſe: ⁊ tamẽ non includit vniuerſalitatem: ⁊ ſi illam fingas ego etiam ſuſtinebo in hac eſſe vniuerſalitatem. ſ. hõ currit/quia neceſſario infert hanc/homo ẽ/⁊ homo qui ẽ currit/vbi ly ⁊/eſt vniuerſalitas. Sed hoc dimiſſo arguitur/cõtra/ dicẽdo ſic/non incipit eſſe homo ambe ſunt dabiles falſe: in caſu ꝙ ſolus vnus homo cũ quo fuerũt multi aliꝫ hoĩes q̃ nũc deſinãt eẽ: maneat/⁊ ſit verbi gratia ſortes/tunc de falſitate affirmatiue notũ eſt/negatiue vero falſitas ſic ꝓbatur. Sua contraria ẽ vera: ergo illa ẽ falſa. Cõſequẽtia eſt nota: ⁊ añs patet/ quia hec ẽ vera/oẽ incipiẽs eẽ omnis homo/ẽ: ⁊ ẽ ſua cõtraria: igitur. Quod ſit vera pꝫ: quia eius aſcẽdens eſt vera. Bene enim valet/hoc incipiens eſſe omnis homo/ eſt: ⁊ nõ eſt aliud incipiẽs eſſe omnis homo niſi hoc/ergo omne incipiens eſſe omnis homo/eſt.

¶ Si forſan dicas eas non eſſe cõtrarias/contra illa negatiua hẽt ꝯ̃riam ⁊ nõ aliam niſi illam/ꝗ.

¶ Ad argumẽtũ bñ rñſum ẽ vſq; ad hoc vltimũ. Pro quo ponitur regula.

¶ Nulla propoſitio de ly incipit vel deſinit in qua terminus communis nõ p̃cedit talia verba poteſt habere cõtrariam. Hec ꝓpoſitio ſic ꝓbaꝶ/quia vꝫ in tale ꝓpoſitione nil aliud niſi ꝓponere illi negationem/⁊ tũc dabitur cõtradictio/vel illud verbum vtrobiq; manet affirmatum: ⁊ tũc manebit eadem vniuerſalitas ⁊ eadem ꝑticularitas in ambabus. Si vero negentur talia verba vtrobiq;: manebit idem inconueniens vt patere poteſt exponentes taliũ propoſitionum aſpicienti: ⁊ ſic tales ꝓpoſitiones nec erunt cõtrarie nec ſubcontrarie. Si vero termini precedant verba/ſecus erit.

¶ Decimo arguitur ad idem/ iſte contradicunt/ſortes incipit eſſe angeli homo/⁊ ſortes non incipit eſſe angeli homo/⁊ tamẽ ambe ſunt vere/in caſu ꝙ ſortes ſit in hoc inſtãti inchoatiuo hore: ⁊ nullꝰ angelꝰ nunc ſit: ſed tamẽ diuiſa hora ꝑ ꝑtes ꝓportionales minoribus terminatis verſus hoc inſtãs in qualibet ꝓducatur vnus angelus poſſeſſurus ſortem/igiꝶ. Quod cõtradicant patet/quia habẽt conditiones ſecundum ꝙ oportet in his exponibilibus: igiꝶ. Quod autẽ ſint vere pꝫ: exponẽdo affirmatiuam: ⁊ deſcẽdo copulatiue in negatiua ſub ly angeli ſic ſortes nõ incipit eẽ angeli homo/ergo ſortes non incipit eſſe iſtius angeli hõ/⁊ ſortes nõ incipit eẽ iſtius angeli homo: ⁊ ſic ð aliꝫs. Et ꝙ iſte ſint vere patet ꝑ falſitatẽ ſuarum contradictoriarum: ⁊ earum falſitates patebunt per earundem expoſitionem.

¶ Ad argumẽtum hoc negaꝶ ſcða ꝑs añtis. Et ad ꝓbationem negatur deſcẽſus. Non enim licet deſcendere ſub li angeli. Et quia ẽ acceptio vnica: ⁊ quia non eſt eiꝰ veritas menſuranda ꝑ deſcẽſum/ſed ꝑ expoſitionẽ

¶ Hic tñ aduerte q̃ſdam negare nõ debere fieri deſcẽſum ſub ꝑtibus acceptionis vnice. Nam (vt dicunt) ꝓteruo negãti hãc ꝓpoſitionem/brunellus hoĩs currit non poteſt aliter probari niſi per ſingularia de ly hominis.

¶ At vero licet in hac ꝓpoſitione ⁊ in aliꝫs q̃ pluribus liceat deſcẽdere de per accidẽs non tamẽ de ꝑ ſe/ vt alibi dictum eſt/nõ tamen in p̃fata ꝓpoſitione ð ly incipit ⁊ in aliꝫs q̃ plurimis. Unde quidam doctor tenẽs p̃fatam opinionem ĩ pͥo trac. poſtea ĩ eodẽ/⁊ ĩ q̃rto libro fatetur ſe credere ꝙ reſpectu de ly immediate ꝯ̃ña nõ teneat ab vnica ad nõ vnicã/eo ꝙ ſub determinatione nõ liceat deſcẽdere in vnica: bene tamen in nõ vnica. Unde aperte conſtat hoc ꝙ eſt poſſe deſcendi in vna ⁊ nõ in alia nõ ꝓuenire ex ꝑte de ly immediate cũ vtrobiq; põaꝶ/ſed qꝛ in vna ẽ acceptio vnica ⁊ nõ ĩ alia.

¶ Sed aliquis poſſet cõtra hoc arguere ⁊ bñ ſic/probãs ꝙ ſub omnibus ꝑtibus acceptionis vnice ſit licitũ deſcẽdere ad minus quãdo ſtãt ꝑſonaliter/hoc modo: omnis talis terminus aut ſupponit determinate/aut diſtributiue/aut cõfuſe tãtum: aut collectiue. Si p̃mũ/ ergo accipiꝶ ꝓ ſuis inferioribus diſiũctiue. Si ſecundum copulatiue. Si tertium diſiunctim. Si quartum copulatim/ergo licet deſcẽdere p̃dictis modis. ¶ Ad hoc reſpõdetur negãdo ꝯ̃ñam. Nam nõ eſt incõueniẽs terminum aliquem ſumi ꝓ ſuis inferioribus taliter ꝙ nõ liceat illa demonſtrare/eo quod in tali demõſtratione variãtur ꝓꝑetates. Probatur hoc ex communi doctrina logicorum dicentium ly hominem ſupponere cõfuſe tãtum in hac ꝓpoſitione/cognoſco hominem/ſub quo nullo pacto licet deſcẽdere/eo q̃ neceſſario variabitur appellatio: vt intuenti pꝫ. Et quidã doctor tenẽs ly hominem ſupponere ſimpliciter tenetur etiam nẽgare ꝯ̃ñam/eo quod teneat ſub determinatione accepta vnica non licere deſcendere quãdo ponitur ly immediate.

¶ Et ſi dicas me dixiſſe in prima parte poſſe ſuſtineri ly hominem ſtare ſimpliciter: Rñdeo verũ eẽ nõ tñ in pͥo gradu ſicut p̃fatꝰ doctor intẽdit: ſed ĩ. 2. vel. 3. Et ꝯ̃firmãꝶ hec ſolutio: quia ſi dicam/animal ẽ omnis homo/ſecundum omnes ly homo diſtribuitur/⁊ tamen nõ licet deſcẽdere copulatiue: igiꝶ ⁊c. Prima ꝑs antecẽtis ẽ nota: ⁊ ſcða pꝫ: quia ſi licet/quero abs te q̃ erit differẽtia in deſcẽſu quãdo ly omnis efficitur ꝑs extremi ⁊ quãdo nõ efficiꝶ? Sed queres dicens/qualiter ergo explicabiꝶ acceptio qua accipiꝶ ly homo ꝓ ſuis ſignatis copulatiue? Ad hoc rñdeꝶ ꝙ accipiendo illam ꝓpoſitionem in hoc ſenſu/ animal eſt aliquid de quo omnis homo verificaꝶ: ita vt ly homo nõ ſumaꝶ copulatiue reſpectiue ad ſubiectum ſed reſpectu illius trãſcendentis. Et ꝓ hoc vide quoddã argumẽtũ in primo tractatu in contradictoriꝫs.

¶ At vero ꝯ̃ ꝓ̃cipalẽ ſolutionẽ replicaꝶ ſic/dicte ꝓpõnes nõ ſunt cõtradictorie: ergo ſolutio nulla. Conſeq̃ntia ẽ nota: ⁊ antecedẽs ꝓbatur: qꝛ acceptio vnica non manet eodem modo in ambabus cum ĩ affirmatiua ly angeli ſtet confuſe tãtum: ⁊ in negatiua diſtributiue: eo ꝙ ſequatur negationem negantem.

¶ Pro huius replice ſolutione ſciẽdum quoſdam tenere acceptionem vnicam debere ſtare diuerſimode ĩ cõtradictoriꝫs. Aliꝫ vero oppoſitũ affirmant. Et ſi hoc intelligatur ſic. ſ. ꝙ quãdo pars acceptionis vnice formaliter in vna nõ diſtribuiꝶ/debet in alia diſtribui formaliter. Predicte opiniones ſunt ſibi inuicem aduerſe ⁊ prima falſa eſt ⁊ ſecunda vera. Si vero intelligaꝶ partes talis acceptionis debere ſtare diuerſimode formaliter vel virtualiter nõ opponũꝶ inter ſe: preſertim vocando terminum ſtare virtualr̃ diſtributiue quando ex ſe infert ꝓpoſitionem vbi terminus taliter ſtat Sed quia communiter ponũꝶ cõditiões in oppoſitionibus vt ſeruenꝶ formalr̃/ĩõ melius vꝶ mihi dicere oportere ꝑtes talis acceptiõis ſtare eodem modo vt in p̃mo tractatu dictum fuit. Nam ſi ad ſuppoſitiones virtuales eſſet aſpiciẽdum nõ habereꝶ doctrina certa nec efficax: cum ea que reperiũtur in virtute poſſint infini

tis modis variari. Amplius tenēdo hanc opinionem
... cet ꝙ acceptio vnica debet diuerſimode ſtare opor
tet incidere in hoc inconueniens: ſcilicet quod ſupra
eundem terminum cadant duo ſigna: vlē. ſ. affirmati
uum / ⁊ negatio negās ⁊ ꝙ talis terminus ſtat diſtribu
tiue: Hoc pꝫ ꝑ tenētes p̄fatam opinionem: ⁊ cōcedētes
has eſſe cōtradictorias. ſ. equus hominis currit: quili
bet equꝰ cuiuſlibꝫ hominis nō currit: affirmantes qꝫ ly
hominis in negatiua ſtare diſtributiue: qualiter etiam
ſtaret ſi nō poneretur ly cuiꝰlibet: ⁊ hoc ſecundum eos
vt pꝫ ex dictis eorum: Sed hoc oritur ex eo ꝙ cōcedūt
ly cuiꝰlibet poſſe nō effici ꝑtem extremi remanēte acce
ptione vnica: quod eſt impoſſibile: niſi vnica conuerta
tur in nōvnicā. ❡ Ad argumētū negat̃ añs: ⁊ ad ꝓba-
tionem negat̃ ly angeli ſtare diſtributiue: eo quod ly
nō nullatenus cadat ſuper ipſum: eo ꝙ (vt dictum eſt)
ſit acceptio vnica: lꝫ ly angeli precedat ly homo: nā p̄re
cedit alius rectus. ſ. ly incipiēs. Multa alia hic poſſēt
agitari oppoſitiones reſpiciētia. ſ. an iſtis exponibili-
bus reperiatur oppoſitio ſecūdum legem tātū / quod
multi negāt eſſe poſſibile / eo quod cōditiones ponant
ꝓpter leges. Vñ ſi alique ꝓpoſitiōes ſeruāt leges ſer
uabūt (ut aiūt cōditiōes) ⁊ econtra: affirmātqꝫ hoc aſſe
rētes nō ſufficere ad hoc quod alique propoſitiōes ſint
oppoſite aliqua oppoſitione ꝙ tales ꝓpoſitiones ſer-
uēt legem illius oppoſitionis: ſed opꝫ vt ſeruēt legem
ſecūdum tenorem cōditionum vñ reincidūt in idquod
reprobāt. Nam ſi ſine cōditionibus ſeruāt legem ad
quid opꝫ ſeruare illam ſm̄ tenorē cōditionum. l. ex. vi
cōditionum. Si dicas / ad hoc ꝙ repugnēt intrinſece ⁊
nō ex eo ꝙ componūt̃ ex illis terminis vt iſtis: Ita ſimi
liter ⁊ ego potero dicere ꝙ opꝫ vt ſeruēt̃ talie ꝯditiōes
quas tu dicis nō requiri. Amplius multe ꝓpoſitiōes
ſeruabūt legem cōtradictoriarum abſqꝫ eo ꝙ ꝑticipēt
in extremis / ⁊ abſqꝫ eo ꝙ vna ſit affirmatiua omnino ⁊
alia oīo negatiua: quare ḡ ponis eē neceſſe ꝓpōnes op
poſitas ꝑticipare in extremis? Sed de his ſatis / quia
parue vtilitatis ſunt.

❡ Queſtio. 49:

Circa ea que dicta ſunt de ly differt / q̄
ritur an recte dicta ſint? Et videtur ꝙ non / in
ter alia dictum eſt in iſtis ꝓpoſitionibus tan-
tum duo genera reperiri: hoc eſt manifeſte falſum: igi
tur. Añs pꝫ: iſta ꝓpō ē de differt. ſ. ſortes differēs a leo
ne nō ē: ⁊ tñ nō ē alicuiꝰ ordinis eoꝝ q̄ in prima ꝑte poſi
ti ſunt: igitur.

❡ Ad hoc negatur ſecunda pars antecedē-
tis. Et ad ꝓbationem / toto añte cōceſſo / negat̃ ꝯñs.
Et ratio eſt / quia illa nō eſt exponibilis: ſed eius veri
tas aut falſitas attendenda ē penes extremorum ſup-
poſitionem: vt innuit̃ in fine huius materie in p̄ma ꝑ-
te. Et quādo dicit̃ ibidē tales ꝓpoſitiōes nō eē imme
diate exponēdas / ſed debere prius deſcēdi: nō itelligas
ita vt facto deſcēſu exponāt̃: ſed vt ibi dr̃ deſcēdentes
debēt iudicari ꝑ extremorū ſuppoſitionē: ⁊ eorū ſuppō
per expoſitionem.

❡ Secundo arguitur / non valet / ens eſt ⁊
omne ens eſt: ⁊ a. ens non eſt ens / ergo. a. ens differt
ab ente: ⁊ tamē arguitur ꝑ regulas / igit̃. Quod nō va
leat pꝫ / quia antecedēs ē verum vt liquet. Et falſitas
ꝯñtis pꝫ: bene valꝫ. a. ens differt ab ente / ergo. a. ens ē
nō ens: ꝯñs ē falſum / ḡ ⁊ añs.

❡ Ad argumētum duplex ē modus dicēdi. Quidam
reſpondēt ad illud negando maiorem. Et ad eiꝰ ꝓba-
tionem negant ꝯñtis falſitatem. Et ad eius ꝓbationē
negant ꝯñam dicentes ibi argui a confuſa ad determi-
natam. Nam aſſerunt illam confuſam ibi habere ſuam
vim: ſaltem reſpectu vniuerſalitatis / ſeu negatiōis in-
cluſe in ly differt / q̄cquid ſit de ordie eiuſdē cōfuſe ad
diſtributionem de ly ente.

❡ Alius modus communis ⁊ verior (vt credo) dicit̃
illam confuſam non habere ibi ſuam vim: ⁊ ideo p̄us
eē deſcēdum ſub ly ens diſiunctiue q̄ talis ꝓpō expo-
natur. Conſequētis vero falſitas ꝑſuadetur ſic / bñ va
let. a. ens differt ab ente / ergo differēs ab ente ē. a. ens
ꝯña tenet clare. Vltra / differēs ab ente ē. a. ens: ⁊ nul-
lum differens ab ente differt ab ente / quin illud ſit
ens / ergo omne differens ab ente ē ens. Conſequens
eſt manifeſte falſum: ergo ⁊ añs: non ſecunda pars / er
go prima: igit̃: ⁊c.

❡ Tertio arguitur / non valet / plato poſſi-
biliter eſt: ⁊ plato poſſibiliter ē: ⁊ plato pl'r non ē plato
ergo plato pl'r differt a platone: ⁊ tamē arguit̃ ꝑ regu
las: igit̃. Quod non valeat pꝫ / ſuppoſito ꝙ nō ſit abſo
lutio a tēpore inde ī eſſe tertie exponentis. Nā tūc añs
eſt verū vt notū eſt: ꝯñtis vero falſitas pꝫ ꝑ falſitatem
ſue de ineſſe.

❡ Ad argumētum hoc ſimil'r eſt duplex modus dicē-
di. Quidam ſiquidem aſſerunt prefatam exponibilem
poſſe ſubſtineri veram ⁊ falſam: veram quidem ſi ex-
ponatur vt dictum eſt. Falſa vero erit ſi detur tertia
exponens ꝑ copulam contradictoriam ſic. ſ. plato im-
poſſibiliter eſt plato.

❡ Alius modꝰ ⁊ verior dicit talem ꝓpoſitionē prius
debere poni ineſſe: eo quod ly pl'r p̄cedat: ac ꝓinde nō
negatur. Et idem dicendum eſſet dato ꝙ ly poſſibiliter
ſequeret̃ / quia ſumeret̃ in eodem ſenſu cum p̄dicto ni-
ſi dedita opera poneret̃: vt alius ſenſus in ea fieret. Et
idem dicēdum ē de iſta / ſortes differt a platone. ſ. ꝙ de
bet poni in eſſe immediate. Si tamē modus eēt vniuer
ſalis vt ly impl'r ⁊ ly neceſſario / bñ poſſent ꝓpoſitiōes
vbi ſūt ille modi immediate exponi. Unde hec / ſortes
neceſſario differt a deo: pōt ſic exponi / ſortes neceſſa-
rio eſt: ⁊ deus qui neceſſario ē ē deus: ⁊ ſortes neceſſa-
rio nō eſt deus. Et hec / ſortes eſt ⁊ fuit differens a leo-
ne: exponet̃ ſic / ſortes eſt ⁊ fuit: ⁊ in eodem inſtāti om-
nis leo eſt: ⁊ in eodem omnis leo fuit: ⁊ ſortes in eo-
dem inſtāti nō erit leo: ⁊ in eodem inſtāti nō fuit leo.
Verum eſt etiam hāc poſſe exponi immediate. ſ. ſortes
fuit differēs a platone: ſi tamē in copulis exponētium
ponāt̃ determinatiōes tal'r vt exponētes nō poſſint ve
rificari ꝓ diuerſis temporibus aut inſtātibus. Unde
p̄fata ꝓpoſitio exponet̃ ſic / ſortes fuit: ⁊ ſimul tp̄e pla
to fuit: ⁊ ſimul ſortes nō fuit plato. Similiter pōt po-
ni loco de ly ſimul tempore ly in eodem inſtanti. Et ad
uerte ꝙ ſi ponat̃ tibi caſus vt non ſit tempus vel in-
ſtās / quod tūc ly inſtās vel tempus poſſunt dicere mē
ſuras imaginarias.

❡ Alij p̄fatam ꝓpōnem ſic exponūt / ſortes fuit cum
platone: ⁊ ſortes fuit non plato: ⁊c. Et oēs alias ꝓpō-
nes exponunt p̄fato modo. Sed tūc aduertendum eſt
qualiter ly nō infinitet in tertia exponēte. ſ. ſecundum
exigētiam cōtradictionis vel ſimpliciter. Nam hec ꝓ
poſitio / ſortes fuit differēs ab albo in caſu ꝙ heri fue-
rit niger ⁊ nudiuſtertius albus: ſi in tertia exponente
ly non infinitet ſecundum exigētiam contradictionis
erit talis ꝓpoſitio falſa: ſi vero ſimpl'r manebit vera.
At vero cum talis ꝓpō in communi ſenſu appareat ve
ra / dicendum eſt in tertia exponente negationem debe
re infinitare ſimpl'r in illa ⁊ in aliis ſimilibus. Et ſecū-

dum hūc modum hec ꝓpoſitio/a.homo differt ab animali poteſt vt dictū ē exponi. Cui⁹ tertia exponēs erit hec/a.homo non eſt animal.

¶ Dubitabis forſan hic/an iſta propoſitio/ ſortes ⁊ plato differūt a platōe/debeat imediate exponi/an prius debeat reſolui illud plurale per ſingulare geminatum?

¶ Ad hoc breuiter dicitur/illam eſſe immediate exponendam vt nō varietur illius acceptio vnica. Nā li platone vnice determinat totum copulatum virtualr̄ ibi incluſū:niſi forſan ꝑus reſoluas illud plurale in hoc copulatū/differens ⁊ differens a platone:ſed tunc propoſitio etiam reſoluta deberet iudicari ꝑ exponentes q̄ debēt dari eodem pacto ſicut ſi reſoluta nō eēt:⁊ non ꝑ ſuppoſitionem illarum partium copulati/quia non poſſant apte earum ſuppoſitiones cognoſci:niſi ī qualibet ponatur illa determinatio: ⁊ ſic variabit appellatio niſi forſan vellemus dicere ſic debere ptes verificari/ ſ.hoc eſt.b.differēs a platone:⁊ hoc eſt.b.differēs a platone. Et pono ly.b.vt ſenſus ſit/hoc eſt ſimul cum alio differēs a platōe: ⁊ ſic illa ꝓpō ī qua ſignatur plato eēt vera. Sed clarius ⁊ ꝑfecti⁹ veritas dnotatur ꝑ expoſitionem:vt dictum eſt.

¶ Dubitabis ſecundo/qualiter exponatur hec/brunellus ⁊ plato differūt ſpecie?

¶ Ad hoc cōmuniter dicitur ꝙ ſic/plato eſt alicuius ſpeciei:⁊ brunellus eſt alicuius ſpeciei:⁊ plato nō ē eiuſdē ſpeciei cum brunello. ¶ Sed cōtra hoc ſolet argui. Bene valet/plato ⁊ brunellus differunt ſpecie:ergo plato ⁊ brunellus differūt hac ſpecie:⁊ plato ⁊ brunellus differūt hac ſpecie ⁊c. ꝯñs ē falſum ğ añs. ¶ Ad hoc dicitur nō eſſe deſcēdendum copulatiue ſed diſiunctiue.

¶ Sed cōtra/deſcēdendo ſic nulla deſcendēs dabitur vera:igitur ſolutio nulla. Patet hoc data vna/q: ſic vel demonſtratur ſpecies humana vel equina. Si primum iſta exponens illius deſcēdentis.ſ.brunellus eſt iſtius ſpeciei erit falſa. Si ſecundum/iſta erit falſa/plato eſt iſtius ſpeciei. ¶ Ad hoc dicūt aliq̄ ly iſtius ſpeciei nō deberi poni in ambabus exponētibus. Vñ ſic exponūt illam.ſ.plato eſt iſtius ſpeciei ſignata humana:⁊ brunellus ē brunellus:⁊ plato non eſt iſtius ſpeciei cum brunello: Sed nō videtur rationabile dicere ꝙ ly ſpecie debeat poni in qualibet exponēti antequam deſcēdatur:⁊ ſi prius deſcēdatur ꝙ nō debet poni niſi in vna. Et ideo melius eſt dicere ꝙ in talibus nō eſt licitum deſcendere/tum quia eſt acceptio vnica:tum quia cum illa ſit exponibilis ꝑ copulatiuam: ⁊ ly ſpeciei ſequatur:prius debet reſolui vniuerſalitas incluſa in li differūt: qđ nō pōt fieri niſi prius exponatur.

¶ Dubitabis tertio qualiter exponatur iſta/ ſortes ⁊ plato differunt ſpecie?

¶ Ad hoc aliqui reſpōdent eam eſſe diſtinguendam/ ꝓpterea ꝙ ſenſus ei⁹ poſſit eſſe duplex. Alter ē/ꝙ ſortes ⁊ plato differant inter ſe. Alter vero/ꝙ ambo ſimul differūt ab alio vel alijs ſpecie. Sed melius dicunt alij ꝑmum eſſe ſenſum quem in rigore ꝓpoſitio illa gñrat in animo audiētis illam. Vñ illa eſt falſa ſicut ⁊ hec/ſortes ⁊ plato differunt ſpecie inter ſe.

¶ Sed dices fortaſſis/contra bene valet/iſte forme ⁊ iſte materie differūt ſpecie inter ſe:⁊ iſte forme ⁊ iſte materie ſunt ſortes ⁊ plato:ğ ſortes ⁊ plato differunt ſpecie inter ſe:añs eſt verum (tenēdo totum eſſe ſuas ptes) ergo ꝯñs. ¶ Ad hoc negatur ꝯña:tum quidem quia ly inter ſe diuerſimode appellat:nam ly ſe ī añte refert mutuo ly forme ⁊ materie:⁊ in ꝯñte non:tum vero q: nō

bene concluditur maior extremitas de minori. Vñ ſic dicēdū eſt:ergo ſortes ⁊ plato ſunt differentia ſpe inter ſe/vel ponatur medium in concluſione vt omnino appellatio ſeruetur:⁊ idem defectus committeretur ſi ly inter ſe non poneretur explicite/ꝓpterea ꝙ ibi ſubintelligitur communiter.

Queſtio.50.

Circa dicta de ly ita ſicut/queritur/an ſint recte dicta? Et videtur quod non:quia nō valz leo eſt album:⁊ omne animal eſt album:⁊ nullum animal excedit leonem/neq̄ exceditur ab eo ī albedine:ergo leo eſt albus ſicut animal:⁊ tamē arguitur ꝑ regulam igitur. Quod nō valeat pz in caſu ꝙ ſint leones infiniti quorum vnus ſit albus vt vnū. Scđs vt vnum cum dimidio dimidū: ⁊ ſic in infinitum:añs eſt verū ⁊ ꝯſequēs falſum. Veritas añtis quoad duas primas exponētes nota eſt:quoad tertiam vero ꝓbatur: quia eſt vna copulatiua:cuius quelibet ps eſt vera. Et hoc patet:quia contradictorie talium partium ſunt falſe:que ſunt iſte / aliquod animal excedit leonem / aliquod animal exceditur ab eo:⁊ hec ſecunda equiualet huic/aliqđ alr̄ ab omni leōe exceditur. Et ꝙ iſte ſint falſe pz:addendo caſui ꝙ ſoli ſint leōes prefati in mūdo:⁊ ſic falſitas ꝑme pz/quia nulla deſcendēs datur vera. Nō.n. poterit demonſtrari vnum alr̄ ſingulare omnem leonē excedēs. Nam ſi aliquod eſſet/illud eſſet vltimum:ſed illud nō ē dabile:igitur. Scđe falſitas pz ꝑ idem. Inſuper ambarū falſitas pz: q: ex eis poſſet deduci aliquid excedere ſeipſum.

¶ Ad argumētum igitur reſpōdetur negādo minorē. Nō enim factus ē deſcēſus prius ſub ly leo ſicut opz/cum ſtet determinate. Inſuper negatur veritas ſcđe ptis tertie exponētis. Et ad ꝓbationem negatur falſitas ſue cōtradictorie:⁊ negatur ꝙ equiualeat illi ꝓpoſitioni aſſignate.ſ.huic/aliquod aīal ab aliquo leōe exceditur. Nā li excedo non diſtribuit niſi terminum ſignificantem rem exceſſam/ſiue oratio fiat ꝑ actiuam: ſiue per paſſiuam: dum tamen verbum precedat vt hic/exceditur animal a leone.

¶ Secundo arguitur/non tenet/ſortes album nō eſt:vel plato album nō eſt:vel plato excedit ſortem:vel exceditur ab eo in albedine:ergo ſortes ita albus ſicut plato non eſt:⁊ tamen arguitur ꝑ regulam/ igitur. Quod non teneat pz:quia in caſu ꝙ ſolus ſortes habeat albedinem ita intēſe ſicut plato:añs eſt verum ⁊ ꝯñs nō. Veritas añtis pz:quia due ꝑme exponētes ſunt vere. Cōſequētis vero falſitas pz ꝑ veritatem ſue cōtradictorie:que eſt hec/ſortes omne ita album ſicut plato ē:nec refert ꝙ ly alb⁹ ſtat maſculinē ī ꝑma:q: pōt faciliter poni ly album loco illius.

¶ Ad argumētum reſpōdetur negādo minorem. Non enim talis ꝓpoſitio ē exponibilis: ſed eius veritas ⁊ falſitas (vt pz) ꝑ extremorum ſuppōnem iudicanda ē: ſicut ⁊ huius/ſortes incipiēs eē nō ē. Nam ſi poſſet exponi eēt ſic/ſortes nūc ē:⁊ nō imediate āte hoc fuit/vel ſortes eſt quod nūc nō eſt/⁊ immediate poſt hoc erit/ ſed hoc modo nō poteſt. Patet hoc:quia exponibilis dabitur vera ⁊ exponētes falſe:ſi ponatur caſus ꝙ ſol⁹ ſortes incipiat eſſe ꝑ vltimum nō eſſe:⁊ ſic veritas exponibilis eſt nota:quia eius predicatum nō ſupponit:⁊ falſitates exponentium ex ſe patent. Eſt igitur etiam iſtius veritas ⁊ falſitas per ſuppoſitionem extremorū cognoſcenda.

¶ Circa diſtinctionem poſitā in prima parte de ly ita ſicut aduerte ꝙ quādo dicitur ꝙ in rebus ſuf

cipiētibus magis ⁊ minus nō dicit ꝑfectam ſimilitudi
nem: nō debꝫ intelligi tales res nō eſſe ꝑfecte ſimiles/
quia hoc nō intēdit ibi: ſed ꝙ tunc ly ita ſicut non de-
bet exponi per ly nec magis nec minus. Nam vbi non
poteſt eſſe maius nec minus/ ſuperflue negaretur ibi
illa eſſe. Non autem inepte negaretur/ ſi vbi poſſint eſ-
ſe non ſint.

¶ Amplius ſcito/ terminum ſignāre rem nō ſuſcipiē-
tem magis ⁊ minus dupl'r poſſe eſſe. Uno mō in omni
re. Alio mō in aliq̄ vel aliquibus: exēplum: fortis dictū
de patre ⁊ filio in diuinis ſignāt rem nō ſuſcipiētē ma-
gis ⁊ minus: in nobis autem ſic: ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ
ſi terminis diuinis coniūgat̄ ly ita ſicut dicat ꝑfectam
ſimilitudinem. Et tūc debet exponi ſicut qñ dicitur de
creaturis: eo quod in creaturis fortitudo ſuſcipiat ma-
gis ⁊ minus. Si vero ly ita ſicut adiungatur rei non
ſuſcipiēti magis nec minus/ nec in/ deo nec in creatu-
ris/ tunc aliter danda eſt expoſitio/ vt in primo parte
dictum eſt.

¶ Queſtio. xl.

Circa dicta de comparatiuis ⁊ ſuper-
latiuis/ querit̄ an illa ſint vera? Et videtur ꝙ
nō: quia nō ſequit̄/ ſortes poſſibiliter ē magnꝰ:
⁊ ſortes pl'r eſt magnus: ⁊ ſortes pl'r nō eſt ita magnꝰ
ſicut ſortes: ergo ſortes ē pl'r maior ſorte: tamen argui-
tur ab exponētibus ad exponibilem: igit̄. Quod nō va-
leat pꝫ/ quia añs eſt verum vt pꝫ ponēdo illas ꝓpoſi-
tiones ineſſe: ⁊ ꝯñs impoſſibile: vt ſua de ineſſe mani-
feſtat. ¶ Si forſan dicas (vt aliqui aſſerūt) illam non
eē tertiam exponētem ſed hanc/ ſortes īpoſſibl'r eſt ita
magnus ſicut ſortes. ¶ Cōtra hoc arguit̄ dupliciter.
Primo ſi poſſibl'r p̄cedit ly maior ꝙ: ergo negatio ibi
incluſa: nō negat ly pl'r: ergo nō debet in tertia expo-
nēte ſumi copula contradictoria. Secūdo/ ſi ſolutio eſ-
ſet vera/ ſequeret̄ hāc eē falſam/ dauid pl'r fuit fortior
goliath: ꝯñs nō eſt dicēdum: igit̄. Cōſequētia tenet/ q2
tertia exponēs erit falſa. Si vero dicas (vt alii ſaiunt) il-
lam exponibilem prius eſſe ponēdam ineſſe ꝙ exponē-
dam. ¶ Contra/ ergo iſta ꝓpō eē falſa. ſ. deus ē ⁊ pl'r
nō eſt creans: ꝯñs ē falſum ꝗ ſolutio nulla: ꝯña tenꝫ: q2
ſua de ineſſe eſt impl'is.

¶ Pro huius argumēti ſolutione ſciēdum/ ꝙ in iſtis
ꝓpoſitionibus aliqñ ponit̄ vnicum verbum tantum:
aliquādo plura. Et ſi p̄mum cōtingat/ ⁊ verbum ſit p̄-
ſentis temporis non modificatum ⁊ terminus prece-
dēs ſit reſolubilis/ tunc talis ꝓpō pōt exponi imme-
diate. Si vero p̄cedit terminus reſolubilis. l. verbum
modificetur/ aut nō ſit p̄ſentis temporis/ tūc talis ꝓ-
pōnis veritas optime cognoſcit̄/ ſi p̄us reſoluat̄ rōne
termini ſolutione indigētis ⁊ poſtea ponat̄ ineſſe: ⁊ vl-
timo exponat̄. Et ſic hec ꝓpoſitio/ michael erit beatior
gabriele/ debet prius poni in eſſe ⁊ poſtea exponi. Et
idem dicimus de ꝓpoſitione de qua arguit̄. Si vero
ponātur duo verba: tunc vel ambo precedunt compa-
ratiuum: vel vnum p̄cedit ⁊ aliud ſubſequit̄. Si pri-
mum oportet talem ꝓpoſitionem reduci ad copulati-
uam vel diſiūctiuam ex p̄te talium verborum: eo ꝙ
tūc debeāt coniungi ꝑ ly ⁊/ vel ly vel: ⁊ tūc quelibet ps
exponi ꝓut dictum ē. Si vero vnum verbū p̄cedat ꝯpa-
tiuum ⁊ aliud ſequatur tūc/ aut ambo ſunt verba pre-
ſentis temporis ⁊ nō modificata: vel non. Si primum
talis ꝓpoſitio poteſt exponi immediate: vt ſi dicam/
ſortes eſt albior ꝙ plato ſit niger. Qualiter autem ex-
poni debeat hec/ in p̄ma p̄te pꝫ. Si vero nō ſint p̄ſen-
tis temporis aut ſint modificata/ nō opꝫ talem ꝓpoſi-
tionē reduci ad de ineſſe. Un̄ iſta ꝓpō/ ſortes erit ma-
ior ꝙ erit plato nō debet reduci ad hanc/ ſortes eſt ma-
ior ꝙ erit plato: nec ad hanc/ ſortes eſt maior ꝙ eſt pla-
to: nec ad hāc/ ſortes erit maior ꝙ erit plato. Et ratio
ē/ q2 ad veritatē illius ꝓpōnis opꝫ ſortē in aliquo in-
ſtanti eſſe magnum: tal'r quod poſt illud inſtans nun-
quam plato erit nec equalis nec minor eo. Nam ly e-
rit vel tempus ibi incluſum diſtribuit̄ a ly ꝙ. Et nulla
illarum de ineſſe illud requirit: ⁊ p̄ma ē falſa ante nati-
uitatem ſortis. Et ſecūda pōt eē vera in vno inſtāti poſt
quod plato poteſt eē maior ſorte. Et ſimil'r dicitur de
tertia. Poteſt ergo ⁊ dꝫ talis ꝓpoſitio reſolui ratione
temporis aut inſtantis incluſi in p̄mo verbo/ aut ſic/
ſortes in hoc inſtāti erit maior ꝙ plato/ ⁊ hoc inſtās eſt
vel erit aliquod inſtans/ ergo ſortes in aliquo inſtanti
⁊c. aut ſi mauis deſcēde ſub illa determinatione. Et ſi-
militer poteris deſcendere ſub conſimili determina-
tione incluſa in ſcd̄o verbo copulatiue tm̄/ quia diſtri-
buit̄/ Poteris ergo illam ꝓpoſitionē reſolutam ſic ex-
ponere/ ſortes in hoc inſtanti erit magnus/ ⁊ plato erit
ita magnus ſicut ſortes in iſto inſtanti erit. Et aduer-
te vt in talibus ꝓpoſitionibus in ſcd̄a exponēte nō ap-
ponas ly ſimul. Nō. n. illa ſimultas req̄rit̄ qñ ponunt̄
duo verba: ꝓut ibi ſit/ immo ſenſus ſcd̄e exponētis. ſ.
iſtius/ plato erit magnus: ē quod plato erit magnus ī
inſtāti in quo ſortes: vel in aliquo alio. Et tertia deſig-
nat quod nec in illo nec in alio futuro erit ita magnus
ſicut ſortes erit in illo inſtanti. Si vero vnicum tantū
verbum poneret̄/ ⁊ velis ꝓpoſitionem immediate ex-
ponere/ neceſſe erit tibi ponere ly ſimul. Un̄ hanc ꝓpo-
ſitionem/ ſortes erit maior platone/ ſic poteris expo-
nere/ ſortes erit magnus/ ⁊ plato ſimul erit magnus
⁊ plato ſimul nō erit ita magnꝰ ſicut ſortes.

¶ Secundo arguitur/ non valet/ equus al-
bus nō ē: vel plato albus nō ē: vel plato ē ita albꝰ ſicut
equus/ ergo equus platone albior nō eſt: ⁊ tamē argui-
tur ꝑ regulas: igit̄. Quod nō valeat pꝫ/ quia añs ē ve-
rum ⁊ ꝯñs falſum: in caſu ꝙ tm̄ ſit vnus equus qui ſit
omne albiꝰ platone. Et quod tūc añs ſit verum pꝫ/ q2
p̄me due exponētes ſunt vere/ quia ly albus vtrobiq̄
ſtat determinate. ¶ Si forſan dicas ly albꝰ habere ꝓ
ſubſtantiuo in p̄ma ly equus ⁊ facere hunc ſenſum/ e-
quus equꝰ albꝰ nō ē: ⁊ ſimil'r dicas de ſecunda.

¶ Cōtra tūc dicam ſic in exponibili/ equus eſt ens al-
bius platōe/ ⁊ redibit eadē difficultas. Si forſan dicas
illam debere exponi copulatiue. Cōtra: in caſu ꝙ ſortes
nō ſit in mūdo exponibilis tūc erit vera ⁊ nō exponen-
tes: igit̄ ſolutio nulla.

¶ Ad argumētum igit̄ dicit̄ talem ꝓpoſitionem nul-
lo modo eē exponēdā/ ſed eius veritas cognoſcēda erit
ꝑ extremorum ſuppoſitionem vel ꝑ aſcēſum vel deſcē-
ſum ſub ly ens albius/ facto tamē p̄us deſcēſu ſub ly
equus: quia ſtat d̄terminate. Nam vt pluries dictum
eſt qñ t'ſ ſtans d̄terminate p̄cedit ſignum exponibile
p̄us debet deſcēdi/ ⁊ intelligit̄ ſiue ſtet d̄terminate for-
maliter ſiue equiualenter. Unde in hac. a. homo ē for-
tior muſca/ prius debet deſcendi diſiunctiue ſub ly
hō lꝫ ly muſca ſtet diſtributiue: q2 ē acceptio vnica.

¶ Tertio arguitur/ non valet/ omne totum
eſt maius ſua parte/ ergo omne totum eſt magnum: ⁊
oīs ſua pars eſt magna: ⁊ nulla pars eſt ita magna ſi-
cut ſuum totum: ⁊ tamen arguitur per regulas: igi-
tur. Quod nō valeat pꝫ/ q2 añs ē verum cum ſit princi-
pium mathematicum: ⁊ ꝯñs falſum: vt ꝓbat ſcd̄a ex-

ponẽs. Et quod illa ſit falſa pȝ: ſua cõtradictoria eſt ve
ra/ergo illa ẽ falſa. Cõſequẽtia ẽ nota ⁊ añs pȝ: qꝛ iſta
ẽ vera/aliqua ps nõ ẽ magna: pña tenet: quia magnum
⁊ paruum opponuntur.

¶ Pro huius argumẽti ſolutiõe ſciendum: quod ma
gnum ⁊ paruum poſſunt ſumi dupliciter. Uno modo
abſolute. Alio modo reſpectiue. Si primo modo ſumã
tur/tunc magnum dicit omne illud quod habet quan
titatem debitam ſpeciei in qua ẽ: ⁊ iſto modo quodlibȝ
celum ẽ magnum: ⁊ infans põt dici paruus. Un̄ dicit
de redemptore noſtro. Paruulus enim natus eſt no
bis: ⁊ tunc ly paruus priuatiue opponitur ad ly ma
gnus. Nam idem ſonat quod non habens quantita
tem quam debet habere in ſpecie illa in qua eſt. Et
ſub hoc ſenſu nõ omne magnum ẽ paruum: nec ecõtra
Alio modo ſumunt illi termini relatiue: ⁊ tũc nõ incon
uenit idem eẽ p̄uum ⁊ magnum reſpectu diuerſorum.
Immo cõſiderata ratione quãtitatis nil ẽ adeo p̄uum
quin ſit ⁊ magnum. Nam cum continuum ſit diuiſibi
le in infinitum/omne p̄uum põt habere minus reſpe
ctu cuius dicat magnum. Non tamẽ ſic ẽ de magno/
nam ẽ aliquid adeo magnum vt nullius reſpectu ſit
p̄uum: vt ẽ celum empireum. Si vero loqueremur d̄
p̄ñ: cõcedendum eẽt idem quod de paruo dictum ẽ/eo
ꝙ data quauis quãtitate deus poſſit creare maiorem
Habent hec ex doctore ſancto in p̄mo. diſt. 17. q. 3. art.
primo ad ſecundum.

¶ Ad argumẽtum igit negat maior: ⁊ ad p̄bationem
negat añs p̄ ſcda p̄te/Et dr̄ ꝙ in ſecũda exponente ly
magna ſumit relatiue: nam ſic ſumit in exponibili. Et
ad eius improbationem negat pña. Nõ enim ex nega
tione vnius relatiui ſequit poſitio alterius/niſi addat
aliquid denotãs negationem fieri reſpectu eiuſdem.
Nõ enim valet/ſortes ẽ pater: ergo ſortes nõ ẽ fili⁹: bñ
tamẽ ſic/ſortes ẽ pater: ergo nõ ẽ filius illius cui⁹ ẽ pr̄.
Nõ dixi prius debere deſcẽdi: quia nõ erat difficultas
circa hoc: licet melius eſſet deſcendere ⁊ poſtea expo
ſitionem dare.

**¶ Sed contra dicta replicatur/illa exponi**
bilis ẽ falſa/ergo male cõceſſa ẽ vera. Hoc pȝ: bñe va
let/omne totum ẽ maius ſua p̄te: ergo omnis ps ẽ mi
nor ſuo toto: pñs ẽ falſum: ergo ⁊ añs. Cõſequẽtia ẽ eui
dẽs/⁊ pñtis falſitas pȝ p̄ exponẽtes. Nam ſcda expo
nẽs ẽ falſa/ſiue deſcẽdas ſub ly ps ſiue nõ. Hoc pȝ/q̄a
iſta ẽ ſua ſcda exponẽs/omne totum ẽ p̄uum q̄ ẽ falſa/
vt pȝ deſcẽdendo ad celum empireum. Nam illud nec
abſolute nec relatiue ẽ p̄uum: vt pȝ ex dictis. Si dicas
verũ eẽ in actu nõ tamẽ in potẽtia/põt.n. creari mai⁹
corpus. Cõtra/volo illam p̄poſitionem intelligi d̄ p̄
tibus ⁊ totis actualr̄ exiſtentibus: ex quo null⁹ termi
nus ponitur ibi ampliatiuus.

¶ Ob hãc ergo replicam dicit talem p̄poſitionem ali
ter debere exponi. Nam ſenſus eius nõ bñ elucidatur
p̄ exponẽtes que communiter dant: nõ enim illa p̄põ
denotat omne totum eẽ p̄uum/ſed ꝙ omne totum ex
cedit ſuam p̄tem. Un̄ videt mihi ſic poſſe exponi. ſ. om
nis ps ẽ quãta: ⁊ omne totum ẽ quãtum/⁊ nulla pars
ẽ tãta: quantum ẽ ſuum totum. Uel dec ſic tertia expo
nens/omne totum excedit in quãtitate ſuam partem:
ita vt nõ ponat ly magnum aut ly p̄uum in exponen
tibus vt alij faciunt. ¶ Sed contra/adhuc illã ſic ex
ponendo ẽ falſa: igitur ſolutio nulla. Antecedẽs pȝ/qꝛ
materia ligni ẽ adeo magna ſicut totũ lignum ⁊ ẽ eius
pars: igitur. Antecedens patet/quia materia ẽ quaſi
ta ſecundum nominales/quia ẽ ſua quantitas: ⁊ ſecun
dum reales ſufficit eam dici quantam: ratione quantĩ
tatis totius: igitur ⁊ cetera.

¶ Pro huius ſolutiõe ſciẽdum/in aliquo toto (p̄ut
in p̄poſito ſufficit) triplices repiri p̄tes. ſ. eſſentiales
⁊ quãtitatiuas: ⁊ integrales. Eſſentiales vocant mate
ria ⁊ forma. Quãtitatiue vo ſunt due medietates tres
tertie ⁊c. ⁊ ſimiliter p̄tes proportionales. Integrales
(p̄prie) dicuntur partes differentes inter ſe ſpecie ac
cidentali conſtituentes totũ ſicut caput/pes/man⁹

¶ Dicit ergo ad argumẽtum p̄poſitionem illam nõ
intelligi de p̄tib⁹ eẽntialibus/nec ſecũdum reales/nec
ſm nõiãles: ſed de alijs duab⁹ põt intelligi. Si aliqs
vero vocet materiam quãtitatiuã: eo ꝙ ſit ſua q̄ntitas
ſm nõinales: vel qꝛ d̄ p̄ alterũ põt dici quãta ſm reales
diſputatio erit de nomine.

¶ Sed cõtra hoc iterum replicat. Nam ſi ſolutio eẽt
bona ſequeret hãc eẽ verã/iſte due medietates huius
totius (ſigno vnum lapidem bipalmarem) ſunt mino
res ſuo toto/pñs ẽ falſum: ergo ſolutio nulla. Et loqr
ſuppoſita opinione tenente p̄tes non diſtingui a toto.
Cõſequẽtia pȝ: quia ſi omnis ps eſt minor toto/ergo
⁊ quelibȝ medietas: ergo ambe medietates erũt mino
res toto/igit ⁊c. Cõſequẽtis falſitas pȝ/quia tertia ex
ponẽs ẽ falſa: q̄ ẽ hec: hoc totũ nõ ẽ ita p̄uũ ſic iſte due
ſue medietates. Et ꝙ hec ſit falſa pȝ: qꝛ ſua cõtradicto
ria eſt vera que eſt hec/hoc totum eſt ita paruum ſi
cut ſue iſte due medietates. Et hoc liquet/quia ip̄e me
dietates ſunt aliquod p̄uum. ſ. ipſum totum: ⁊ hoc to
tum ẽ ita paruum ſicut ipſummet igit ⁊c.

¶ Ad hãc replicam cõcedit pña: ⁊ ad p̄bationem falſi
tatis pñtis/negat añs/⁊ ad p̄bationem negat veritas
cõtradictorie. Et ad eius p̄bationem negat illum ſen
ſum debere dari/ſed ſic/he medietates ſunt p̄ue: ⁊ to
tum ẽ ita paruum ſicut medietates ſunt p̄ue: ⁊ hoc ẽ fal
ſum. Simĩr negat illud totum eſſe ita paruum ſicut ip
ſummet: ẽ enim inepta comparatio illa. Sed dices for
ſan volo illam comparationem admitti tãquam aptã.
Et ſup volo ly minores abſolui a nũero: ita vt liceat
ſubĩtelligi ſingulare: tũc hẽo p̄poſitũ ⁊ argumẽtũ totũ
ſuũ robur: igit dicta nulla.

¶ Ad hoc dicit his admiſſis illam exponibilem eẽ fal
ſam ſicut ſue exponẽtes. ¶ Sed dices cõtra/bñ valȝ/
due medietates ſunt minor ſuo toto ⁊ minor ſuo toto/
ergo ſunt minores ſuo toto. ¶ Ad hoc negat pña: q̄ p̄us
enim debȝ exponi talis p̄poſitio/alioquin variaret ap
pellatio illius acceptionis vnice: nã ly ſuo toto vnica d̄
terminatiõe determinat ly minores.

¶ Sed dices cõtra/ſi hec ſolutio eẽt tenenda: ſequere
tur hanc eſſe veram. ſ. ſortes ⁊ plato ſunt doctiores ci
cerone: in caſu quo ſortes ſciat quatuor p̄pões ⁊ pla
to totidem/cicero vero ſex: pñs eſt falſum/ergo ſolu
tio nulla. Falſitas pñtis videt nota. Si enim null⁹ eo
rum ẽ doctior cicerone p̄ ſe/nec ex hoc ꝯſumit ſimul
aliquis eorum ſit doctior/nõ videt verum dicere am
bos ſimul eſſe doctiores cicerone. Cõſequẽtia vero pȝ:
quia talis p̄põ eſt immediate exponẽda: vt pȝ ex ſolu
tione: ⁊ omnes exponentes apparẽt vere. Et de p̄mis
quidem duabus notum ẽ. De tertia vero q̄ ẽ hec/cice
ro nõ eſt ita doctus ſicut ſortes ⁊ plato: videt etiã ꝙ ſit
vera/eo ꝙ non ſciat tot propoſitiones quot ſciunt am
bo ſimul.

¶ Ad hãc replicam aliqui reſpõdent negãdo pñam ⁊
añs in illo caſu. Nam omnes tres exponẽtes (vt aiũt)
in predicto caſu ſunt vere. Sed melius videntur alij
reſpõdere negãdo pñam ⁊ pñs. Nam tertia exponens
in illo caſu eſt falſa: immo hec ẽ vera/cicero eſt doctior

ſorte ⁊ platone. Si enim ſciētia ſortis intēderetur per ſciētiam platonis: vel ecōtra/ quando ſimul cōparātur alicui tertio: tunc rōnabile eēt dicere ꝑfatā ꝓpōnem eē veram. Sed cum hoc non contingat/ nulla ratio appa ret qua cōcedi debeat: Jdeo quod dixi rationabilius mihi apparet.

¶ Sed adhuc aliter replicaꝛ cōtra dicta: ꝓbādo ſem per falſitatem huius/ omne totum eſt maius ſua par te. Nam bene valet/ omne totum eſt maius ſua parte: ergo omne totum in aliqua ꝓportione eſt maius ſua pte/ ꝯñs eſt falſum ergo ⁊ añs. Falſitas ꝯñtis pꝫ: deſ cendendo primo ſub ly totum ⁊ poſtea ſub ly propor tione. Conſequentia vero tenet: quia vel omne totum in aliqua ꝓportione ẽ maius ſua pte/ vł in nulla. Non ſecundum: ergo pmum:

¶ Ad hoc negaꝛ ꝯña: ⁊ ad ꝓbationem daꝛ ſecundum licet appareat difficile: Nam hec ꝓpoſitio ẽ falſa/ om ne totum in aliqua ꝓportione ⁊c. vt pꝫ ꝑ deſcenſum vt dictum ẽ. Et hoc pꝫ aſſumpta iſta ſingulari/ hoc totum in hac ꝓportione ẽ maius ſua pte ſignato lapide. Nā cum ly pte ſtet ſemꝑ diſtributiue exigiꝛ vt vnica ⁊ ea dem ꝓportione ſit maius ſua medietate/ ⁊ ſua tertia/ ⁊ ſua quinta: ⁊c. quod eſt impoſſibile. Jſtam tamen con cederem/ omne totum qualibꝫ ſua pte in aliqua ꝓpor tione eſt maius.

¶ Aduerte hic tamen pro iſtis exponibili bus de comparatiuo: quod aliquādo poniꝛ aliqua de terminatio que apte non poteſt addi vel poni in expo nentibus: vt pꝫ in ꝑfata ꝓpoſitione. Non enim con grue diceretꝛ/ hoc totum ẽ magnum in ꝓportione ali qua/ nam illa determinatio ẽ determinatio compara tionis/ ⁊ ſic non apte adiungiꝛ poſitiuo. Alie ſunt de terminationes que etiam determinare poſſunt poſiti uum/ vt ſi dicam/ ſortes eſt doctior platone in logica/ ⁊ tales determinationes congrue addūꝛ exponētibus

¶ Sed dices/ quomō exponēꝛ ꝓpōnes primi modi:

¶ Ad hoc reſpōdeꝛ ꝙ non immediate: ſed opꝫ illas re ducere ad copulatiuas. Vñ hec/ ſortes ẽ maior platone in ꝓportione dupla reduciꝛ ſic/ ſortes ẽ maior platōe ad quē ſe hēt i ꝓportiōe dupla. i. quē excedit in duplo ⁊ tunc pma pars poterit exponi.

